Judæi originem τῶν תרגומים *ad Prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam, imò aliqvi ad ipſum Moſen referunt. Priorſententia approbata à Schindlero. Communis Ebræorum opinio Targum durante adhuc captivitate conſcriptum eſ-*

Digitized by Google

se. Id quod etiam placet Hottingero. Probatum contra Eliam Levitam & quosdam Christianos lingvam Ebraicam durante captivitate & aliqvamdiu post eam in populo sancto vernaculam mansisse. Conceditur tamen Chaldaicam Judæis durante captivitate notam factam esse, sed ita ut vernaculæ non obliviscerentur. Duæ rationes cur Judæi in septuagennali captivitate Chaldaicæ & non item in diuturniori servitute Ægyptiaca Ægyptiacæ lingvæ notitiam sibi acqvisiverint. Æ yptiaca lingva in qvantum accedat ad Ebræam. Notatur Hottingerus. Non extitit ante solutam captivitatem vel unqvam, versio S. Sæ Chaldaica in gratiam Chaldæorum facta, contra Capnionem. Thales an τύγχον Esaiæ. Targum an conscriptum post LXX. Interpr. versionem. Qva occasione? Ridiculi hic Judæi. Lectum antehac Targum in Synagogis. Extitit tempore Christi. Ab eo tamen nec in cruce nec aliàs citatum. Neqve ex eo nomina Magorum Jannes & Jambres ab Apostolo desumta. Examen sententiæ Havemanni, qvod Targum post vastationem templi secundi demum factum sit. Cur ejus apud Patres nulla mentio.

Th. 1. *De origine & antiqvitate Targumim* non pauca deprehendimus apud authores ſententiarum divortia. Ex Judæis qvidam non verentur ultimam iis tribuere antiqvitatem & accenſere illis rebus, qvas Moſes accepit in monte Sinai, uti referunt Chriſt. Gerſon *Talm, P. 1. c. 30. p. 221.* & Helvicus *de P. C. Præf. A. 3. & p. 17.* Qvæ ſententia ſua futilitate concidit, cum lingvæ adeoq; paraphraſeos Chaldaicæ inter Judæos ſaltem uſqve ad captivitatem Babylonicam nullus planè uſus fuerit: loca verò in hunc ſenſum ex Talmude à Gerſone allegata idem ſatis evidenter dicere non putamus, & Lectori æqvo judicium committimus.

Th. 2. Id autem indubitatum apud Ebræos Jonathanem Prophetarum Paraphraſten accepiſſe ſuam verſionem ab Haggæo, Zacharia & Malachia, uti diſertis verbis traditur in Megilla *c. 1. f. 3. a.* ואמר רבי ירמיהו ואיתימא רבי חייא בר אבא תרגום של תורה אונקלוס הגר אמרו מפי אליעזר ורבי יהושע תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל אמרו מפי חגי זכריה ומלאכי i. e. *Dixit R. Jeremias, vel juxta alios R. Chaja bar Abba, qvod Targum ſuum in legem Onkelos Proſelytus acceperit à R. Elieſer & R. Joſua, Targum in Prophetas Jonathan Uzielides ab Haggæo, Zacharia & Malachia.* Relationi Talmudicæ aures ſubſtringit Cl. Schindlerus *l. c.* dum ait: *Jonathan filius Uzielis in Babylonia inter Hillelis diſcipulos præcipuus, & juvenis doctrinam accepit ab Haggæo, Zacharia & Malachia.* Verùm cum idem Jona-

Jonathan tempora Salvatoris manifestati vel planè vel proximè attigerit, qvis eum illorum Prophetarum *σύγχρονον* fuisse credat?

TH. 3. Qvicqvid tamen ejus sit, communi Ebræorum calculo Targumim ad Esdræ & captivitatis Babylonicæ tempora referuntur, ubi in gratiam plebis facta, deinde variis modis depravata, deniqve à Jonathane, Onkelosо aliisqve in lucem protracta & restituta sint. In hanc sententiam satis luculenter scribit R. Asarias *in Meor Enajim c. 9.* וזה שבבר התפרסם איך התורה בימי עזרא היתה בין ההמון בלשון ארמי כמו שדרשו ר"ז פרק אין בין המודר ויקראו בספר תורת אלהים זה מקרא מפורש זה תרגום באשר שפתם אז היה הארמי הנהוג אצלם מבבל. וכן נשמר בין כל עם הארץ אופן הפתרון הארמי הנז' כל ימי בית שני שכן התמיד הלשון ההוא בהמונם עד גלות ירושלם אך אין ספק כי להיות זה פתרונם בידם כעיר פרוצה בלתי מסורה שהיא סיג לתורה החל אחר עזרא להשתפש וכן מדור לדור ומפה לפה יסף הנוסח הארמי ההוא לצאת ולהתרחק מן הכתוב בספרי הקדש עדכי יבוא אונקלוס הגר ומצא הקלקול מרובה עמד ותרגם את התורה מחדש עם הסכמת שני האריות ר' אליעזר ור' יהושע כמבואר במגלה פ"א. הלא הוא אונקלוס לא היה המתחיל בהבאת דברי התורה ללשון ארמי אבל אזן וחקר תקן את המסוכסך מקום וזהו אמרם בפ' הנז' שהתרגום ארמי הואמן הדברים

הדברים אשר שכחום וחזרו ויסדום i. e. *Notiſſimum eſt, qvod lex tempore Eſdræ jam extiterit in vulgo lingva Chaldaica, ſicut exponunt hoc Rabbini noſtri b. m. Nedarim c. 4. dicentes :* Et legerunt in libro legis Dei : *hæc erat ſcriptura ſeu textus;* explicatè: *hoc erat Targum. Lingva enim ipſorum tum temporis erat Chaldaica, uſitata iis ex captivitate Babylonica.* Poſt pauca: *Sic ergò obſervabatur inter vulgus modus interpretandi legem Chaldaicè toto tempore templi ſecundi, manſitq; iſta lingva ſemper inter eos* (Ebræos) *usq; ad captivitatem Hieroſolymitanam. Neq; eſt dubium, cum fuerit iſta translatio eorum inſtar urbis dirutæ ſine Maſora, qvæ ſæpes eſt legis, qvin cœperit poſt Eſdram corrumpi. Et ſic ab una generatione ad aliam & ab ore ad os ulterius exemplar illud Chaldaicum abiit & deflexit à ſacro contextu: usq; dum veniret Onkelos Proſelytus & inveniens multiplicèm iſtam depravationem transferret legem denuò cum conſenſu duorum Magnorum virorum R. Elieſeris & R. Joſuæ, ſicut exponitur in Megilla c. 1. Onkelos proinde non incepit primus Legem in Chaldaicam lingvam transferre, ſed excuſſit & emendavit id, qvod antea confuſum erat. Et hinc l. c. dicunt Talmudici, Targum eſſe ex numero illarum rerum, qvæ in oblivionem venerunt, ſed poſtea reſtitutæ ſunt.* Locus qvem ex Nedarim citat R. Aſarias, extat qvoqve in Megilla *c. 1. f. 3. 4.* מאי דכתיב ויקראו בספר בתורת האלקים מפורש ושום שכל ויבינו במקרא׳ ויקראו בספר בתורת האלהים זה מקרא מפורש זה תרגום וגו

i. e.

i. e. *Qvid eſt, qvod ſcriptum extat* (Neh. VIII. 8.) Et legerunt in libro illo Dei explanatè & appoſuerunt intellectum, ut intelligerent ſcripturam? *Verbis* Et legerunt in libro iſto in lege Dei, *innuitur Textus Ebræus: voce*, Explanatè, *Targum ſ. Paraphraſis Chaldaica.* Ex Chriſtianis qvoqve præter alios CL. Hottingerus *Theſ. Phil. l. 1. c. 3. p. 282.* non abhorret ab iſta ſententia, qvod durante adhuc captivitate Babylonica Scriptura in lingvam Chaldaicam translata ſit.

Th. 4. Nos autem perſvaſiſſimi ſumus, durante captivitate Babylonica nullum Targum Judæis viſum vel lectum fuiſſe, cum lingva Ebraica ſcripturæ originalis iis non tantum durante captivitate, ſed etiam ultra Nehemiæ & Alexandri M. tempora vernacula manſerit & ſic nulla verſione opus fuerit. Qvam hypotheſin noſtram fruſtrà negant & ex Judæis pleriqve, & ex Chriſtianis non pauci. Ex Judæis nominamus Eliam Germanum, qvi *Præf. in Meturgemam* ait: וכשגלו מעל אדמתם לבבל שכחו הלשון מכל וכל ככתוב בס' נחמיהו ואף החכמים יודעי התורה עיקר לימודם היה בלשון בבלי: i. e. *Poſtqvam migrarunt* (Ebræi) *è terra ſua in Babylonicam captivitatem, obliti ſunt in totum lingvæ ſuæ, uti ſcriptum extat ap. Nehemiam, adeò ut etiam ſapientes & periti legis fundamentum doctrinæ ſuæ ponerent in lingva Babylonica.* Ex Chriſtianis verò recentioribus eandem cumprimis convellere ſatagit CL. Br. Waltonus *Proleg. 3.* uti jam nihil dicamus de Bellarmino *l. 2. de V. D. c. 15.* Sixto

Sixto Senensi *Bibl. Sanct. l. 4. p. m. 393. b.* Bernhardo Aldreto, Hispano, *de origine lingvæ Hispanicæ l. 1. c. 22. p. m. 138. & de Antiqv. Hisp. l. 1. c. 19. p. 87. f.*

Th. 5. Nostram verò hypothesin, ne longius hinc evagemur, facili negotio corroboramus ex conscriptis in usum vulgi post captivitatem Ebraico idiomate vaticiniis, Sanè nec *Ezechiel* tempore captivitatis vaticinia sua proposuisset lingva Ebraica, nec *Daniel*, *Esdras*, *Nehemias*, *Haggæus*, *Zacharias*, *Malachias* & juxta nonnullos *Mardochæus*, qvi libri Ester ex *c. 9. v. 20. 23.* autor à qvibusdam creditur, post captivitatem Babylonicam eodem Ebræo idiomate suas conciones, prophetias & historias vel ex toto vel ex parte conscripsissent & proposuissent populo, nisi lingva Ebræa & in captivitate & paulo post eam vulgò familiaris fuisset. Imò librum legis in lingva originali ab Esdra universo populo audienti & intelligenti post captivitatem Babylonicam lectum esse expressè asseritur *Neh. 8. v. 3.* qvæ lectio etiam singularia πάθη in auditorum animis excitavit *v. 9.* Addatur insignis locus *Neh. 13. v. 23. f.* ubi Nehemias refert se vidisse Judæos qvosdam, qvi duxerint mulieres Asdodæas, Ammonitidas & Moabitidas, ex qvarum filiis qvidam non potuerint loqvi Judaicè sed locuti sint Asdodicè, unde ipse etiam vehementi zelo accensus sit &c. Innuit igitur vir sanctus, Judæorum vulgus etiam, dummodo patriæ legis & consvetudinis tenax esset, Ebraicè locutum, filiorum autem qvosdam ex

pere-

peregrinarum matrum consortio alieno idiomati assvefactos patriæqve lingvæ oblitos esse. Verùm præsens argumentum cumprimis occupavit Vir CL. Barth. Mayerus *Phil. Sacr. P. II. c. 2.*

TH. 6. Nec qvicqvam hic urgetur locus Neh. VIII, 8. Cum non loqvatur de תרגום s. explicatione, qvæ fit in diversa lingva ad verbum, sed de פירוש, qvæ fit in eadem lingva ad sensum: non egit ibi Esdras Paraphrastam, sed Homiliastam, *primùm qvidem verba legis clarâ & distincta voce prælegendo, postea subjiciendo dilucidam verborum istorum explicationem, sensum SSæ. eruendo ac populum saluberrimis doctrinis ex prælecto textu deductis informando*, ut loqvitur laudatus Mayerus *l. c. p. 137.*

TH. 7. Neqve Talmudistarum testimonium in totum probat id, in cujus gratiam adducitur, nim. Targum qvoddam durante captivitate consignatum esse literis, cum Talmudici non de Targum scripto, sed de paraphrasi Chaldaica à conducto interprete oretenus recitata loqvi videantur, de qvali interprete scribit Majemonides *Hilch. Tephill. c. 12.* מימות עזרא נהגו שיהי שם תורגמן מתרגם לעם מה שהקורא קורא בתורה כדי שיבינו ענין הדברי i. e. *Inde à tempore Esdræ soliti sunt illic habere interpretem, qvi populo id interpretaretur, qvod lector ex lege prælegebat, ut sensum verborum intelligerent.* Qvicqvid tamen sit, nihilominus sub ferulam revocandi Seraphici isti Magistri, qvod majoribus suis tàm subitam patriæ lingvæ oblivionē. impingant.

TH. 8.

Th. 8. Interim non inficiamur Ebræos in captivitate Babylonica ſupra vernaculam Ebræam acqviſiviſſe ſibi partim in ſcholis, partim ex qvotidiana cum Chaldæis converſatione Chaldaicæ lingvæ notitiam; ineptè autem inde inferri putamus eosdem vernaculæ oblitos fuiſſe. Notanda ſunt hanc in rem verba D. Jac. Martini b. m. *Diſp. XIII. de verſion. Script. th. 63. Doctiores Ebræi utramqve lingvam Ebræam & Chaldæam, ac tandem progreſſu temporis etiam ex plebe plerique Chaldæam didicerunt: hâc utentes in converſatione cum Chaldæis, vernacula autem in converſatione cum Sympatriotis ac domeſticis, uti id hodiè quoque fieri conſuevit, ubi vel in confinibus, vel etiam aliis locis, in qvibus cum ἑτερογλώσσοις qvotidiè verſandum, tractandum, negotiandum eſt, non tantùm docti, ſed plebeji qvoque & cumprimis mercatores, horum liberi ac famuli peregrinam lingvam diſcunt, non verò propterea propriam ſtatim & vernaculam dediſcunt.* Sic neqve contra ullum pertinaciùs aſſeremus, in deportatione Babylonica ita puram manſiſſe Ebræam lingvam, ut fuerat uſqve ad eandem, id tantùm volumus, Judæos lingvæ patriæ durante captivitate nec penitùs oblitos eſſe, nec ejus uſum familiarem intermiſiſſe. Qvin etiam eandem aliqvamdiu poſt illam captivitatem, utut non ſine qvodam Chaldaiſmi contagio vernaculam manſiſſe, uſqve dum poſt fata Alexandri M. in uſu populari omnem planè amitteret locum, ex ante dictis qvodammodo conſtare poteſt.

Th. 9. Liticula hic oritur, qvam obiter attinge-

mus, *qvomodo lingva Ebraica in tam diuturna servitute Ægyptiaca ita illibata manserit, ut Judæi usqve ad Babylonicam deportationem nullô planè aliô idiomate uterentur, & tamen in septuagennali captivitate Chaldaicæ primò consortium, paulatimqve contagium, & denig; illâ solutâ exilium passa sit?* Cujus rei duæ à nobis allegari possunt causæ, qvas, licet diversæ litantes hypothesi, Samuel Bochartus *in Phaleg. s. Geogr. S. P. 1. l. 1. c. 15. p. 59.* ex D. de Grentemesnil,& Brianus Waltonus *Appar. Proleg. 12.* nobis suppeditant. Una est, qvod Israëlitæ in *Ægypto* seorsim, nim. in terra *Gosen*, Ægyptiis non intermixti, habitarent, in *Babylonia* verò dispersi & variis Dominis servientes eorum lingvam addiscere cogerentur. Altera, qvod non tanta sit lingvæ Ebraicæ cum Ægyptiaca, qvàm cum Chaldaica cognatio, nec tàm proclivis ejus lapsus in illam, qvàm in hanc. Nimis libera tamen, ut hoc ὡς ἐν παροδῷ annotemus, est assertio Viri Cl. Hottingeri *Exercit. Anti-Morin. p. 48. Vix duo triave extare verba purè Ægyptiaca, qvæ vel aliqvâ ratione cum Ebræis conveniant.* Nam utut concedamus, Ægyptiam longissimè ab Ebræa lingva recedere, possumus tamen nos ex propria observatione ultra triginta voces purè Ægyptiacas sistere, cum Ebraicis exactè convenientes. Sic e. g. Ægyptium ⲁⲛⲟⲕ *Ego* convenit cum Ebr. אנכי, *a* NON *nos* cum אנו, Ⲙⲱⲟⲩ *aqva* cum מים, ϥⲱⲗ *præda* cum שלל, ⲙⲱⲟⲩⲧ *mortuus* cum מת, ⲓⲟⲙ *mare* cum ים, ⲗⲁϧⲟⲓ *Leo* cum לביא, ⲟⲩⲁⲓ *Væ* אוי, ⲉϧⲣⲏϫ *fulgur* cum ברק, ⲓⲁϣ *ri-*

vus

vus cum יאר, *μαχλιβι Baculus* מקל, *αλι ascendit* cum עלה, *ωβι fructus, esca* cum פרי, *θομ obturavit, clausit* cum אטם, *αιοβλ cerva* cum איל, *hem calor* cum חם, *γαμοβλ camelus* cum גמל, *Homhem confringere, quassare,* cum המם, *λαχμη bolus panis* cum לחם, *μαχι abire, recedere* cum מוש &c. Plura dedimus in *dubiis vexatis ad Gen. XLI. 43.*

Th. 10. Atqve sic satis manifestum est, durante captivitate Babylonicâ nullam Paraphrasin Chaldaicam saltem in Judæorum usum conscriptam esse. Qvod enim *Reuchlinus* meminit versionis cujusdam Chaldaicæ antiqvissimæ in Chaldæorum usum factæ, in eo ut cum ipso sentiamus, ægrè impetramus à nobis. Ita ille *l. 3. de verbo mirif. c. 13. Antiqvorum*, inqvit, *Philosophorum tempore cœpit sacra Ebræorum Scriptura tanto in honore, ingz tanta & tàm freqventi veneratione apud Babylonios haberi, usgz adeò, ut illam ex propria in Chaldaicam lingvam traduci curarent, idgz circa LVI. Olympiadem s. ætate Thaletis, qvi tempore Esaiæ vixisse creditur.* Qvæ verba cum recensuisset Vir desideratissimus D. Waltherus *in Off. Bibl. pag. 256.* subjicit: *Hoc si verum esset, oporteret aliam exstitisse versionem Chaldaicam omnibus dictis antiqviorem.* Meritò sc. dubitat de illa relatione, qvam etiam circumstantiæ non unô nomine suspectam faciunt. Nam ut alia mittamus, falsò hic videtur Thales Esaiæ *σύγχρονος* pronunciari, cum Thales Milesius natus sit An. I. Olympiad. XXXIV. cum Josias jam annis tribus regno Ju-

legeretur vel intelligeretur : hos enim utut reliqvarum gnaros, Chaldaicæ tamen rudes esse Ebræorum est hypothesis. Ita in Schabbat *f. 12. 2.* ait R. Jochanan: כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נוקקין לו שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי i. e. *qvicunqꝫ petit necessitates suas à Deo lingva Chaldæo-Syra, illi angeli ministeriales non adjunguntur* (ut sc. preces ad Deum deferant) *nam angeli ministeriales non intelligunt lingvam Chaldæo-Syram.* Postilla tamen ejus loci excpiunt *Gabrielem* Cancellarium cœlestem; qvippe qvem LXX. lingvarum peritum fuisse easdemqve Josephum docuisse legimus in Sota *f. 33. 1.* Sed missis nugis, *Ebraicæ lingvæ*, qvæ seqviora tempora excepit, *oblivionem*, Targumim progenuisse pronunciamus. Cùm enim usitatum esset, legem Mosaicam ἐκ γραφῶν ἀρχαίων prædicari in Synagogis & κατὰ πᾶν σάββατον à Judæis legi *Act. XV. 21.* cui instituto hodienum Judæi constanter inhærent, sapientiores verò tum temporis viderent lingvæ originalis notitiam in populo decrescere, & paulatim ad oblivionem vergere, lectiones Sabbathicas tum Mosaicas, qvas paraschas vocant; tum iis coordinatas Propheticas, qvas Haftaras dicunt, in lingva ignota peragendas esse, non censuerunt. Qvare tandem in eam itum est sententiam, ut lex in lingvam populo vernaculam transferretur. Inde originem traxit consvetudo, legem in Synagogis simul Ebraicè & Chaldaicè legendi, ad qvam digitum intendit Elias Levita *Præf. in Methurg.*

contextu in una eademqve lingva videri possint. Hæc ille.

Th. 13. Qvando v. iste ritus observari cœptus vel qvamdiu ante tempora Christi manifestati observatus sit, exactè definire nobis non est integrum. Tempore tamen Christi, ubi lingva Ebraica nuspiam amplius terrarum vernacula erat, obtinuisse hunc ritum, adeoqve tum temporis extitisse Targum persvasissimi sumus, & suo loco evidenter probabimus, Jonathanis versionem, qvæ hodienum extat, ante Christi incarnationem conscriptam esse. Adeoqve non possumus, qvin modestè dissentiamus à Viro Rev. & Cl. Havemanno, qvi in libello suo, cui titulum fecit Wegeleuchte wider die Jüdische Finsterniß *in Append. p. 595.* asserit, Targumim nec tempore Christi vel Apostolorum, nec tempore Flav. Josephi imò nec Origenis & Hieronymi extitisse; cum nulli horum ullam eorundem injiciant mentionem. Et qvidem qvod ad Salvatorem nostrum, videmus sanè nonnullos hærere in ista opinione, ac si ille Targum aliqvando citârit; ita sentiunt Chamierus *Panstrat. Tom. 1. lib. 11. c. 7. n. 13. p. 197.* Wilh. Schickardus *in Bechin. Happ. Disp. 1. p. 21.* Hottingerus *Thes. Philol. l. 1. c. 3. p. 255.* Leusdenius *Philol. Ebræo-Mixt. Disp. p. 35.* & alii, Salvatorem in cruce pendentem verba illa: Ηλὶ ηλὶ λαμὰ σαβαχθανὶ ex Paraphrasi Chaldaica allegasse; Sed in horum castra nos concedere nondum possumus; Si enim dicas, verba hæc citata esse ex paraphrasi hodie extante, qvæ vul-

gò R. Joſeph cœco ſc. luſco adſcribitur, novimus in ejus verſione pro λαμὰ eſſe מטול מה: qvod ſi aſſeras ex paraphraſi qvadam deperdita verba iſta petita eſſe, incumbet tibi in re tam dubia probandi onus. Sic etiam non pauci exiſtimant, Chriſtum verba *Eſaiæ c. LXI. 1. 2.* qvæ citantur *Luc. IV. 17. 18.* ex paraphraſi aliqva Chaldaica legiſſe. Ita certè Schickardus *l. c.* & Leusdenius ſimiliter loqvitur in hunc ſenſum *l. c. Verba, qvæ ibi citantur, nec cum textu Ebræo, nec cum verſione Græca conveniunt: ergò veriſimile eſt Chriſtum tum temporis ea legiſſe ex paraphraſi aliqva tum extante: nam Judæi Hebraiſtæ propterea non videntur alia verſione, niſi Chaldaica uſi in Synagogis ſuis, qvia omnes lingvam Chaldaicam intelligebant, ſed lingva Græca, imò etiam Hebraica, multis ignorata fuit.* Verùm Leusdenius itidem provocat ad paraphraſin, qvæ non amplius extat: ea autem licet aliqva fuerit, qvis certiores nos faciet, qvod cum Salvatoris allegatione in omnibus conſenſerit? Tutiſſimum verò putamus eſſe, ut Salvatorem in cruce verba authentica expreſſiſſe lingvâ Hieroſolymitanâ Judæis tum temporis vernacula, in Synagoga autem textum Ebraicum prælegiſſe & expoſuiſſe dicamus. Unde tamen non ſeqvitur Judæorum vulgus illa ætate Ebraicam lingvam adhuc intellexiſſe, id qvod Virum Cl. Helvicum *p. 3.* inde colligere videmus, cujus qvoqve verba adſcribere non gravabimur: *Judæos ſanè conſtat ex patrio inſtituto, cui pertinaciſſimè inhærere conſveverunt, ab antiqvis temporibus*

Moſen

Mosen Hebraicè legere singulis Sabbatis Act. 15. v. 21. id qvod etiamnum observant. Ridiculum autem esset, prælegi ipsis Mosen & Prophetas, ut ex iis divinam voluntatem cognoscerent, si non intellexissent. Neqve est ut excipiant additam fuisse interpretationem. Nam 1. absurdum est nostrates Judæos jam plus intelligere in lingvæ Hebræa, qvàm olim prisci Judæi, ante dispersionem in 4. regiones mundi. 2. Clarè hic nobis prælucet Lucas c. 4. v. 21. referens Christum lecto Esaiæ loco complicâsse librum & dixisse: Hodie impleta est hæc S. Sa in auribus vestris &c. Ec qvænam Scriptura? utiqve qvam audiverant & intellexerant atq; ideò postea comprobant & collaudant ejus expositionem, qvod non potuissent facere, si non intellexissent explicationem cum textu congruere. Hucusqve Vir doctissimus, ad cujus rationes modestè respondemus 1. nostros Judæos non intelligere plus in lingva Ebraica, qvam illos: cum neutris lingva vernacula, sed in scholis addiscenda veniat. Iis ergò, qvi Ebraicè hodie nesciunt inter Judæos, non minus vernacula versione opus est, qvàm illis qvondam Chaldaica paraphrasi (2.) licet Salvator verba exponenda sive pro more, sive emphaseos causa, s. propter qvosdam intelligentes, ex textu Ebraico prælegerit, explicationem tamen eundem adjecisse lingva Hierosolymitana populo intelligibili dubium non est.

Th. 14. Sic & W. Schickardus *præf. Bech. Happ.* conjicit, Apostolum Paulum *II. Tim. III, 8.* nomina Magorum *Jannes* & *Jambres* mutuasse ex

Targum Jonathanis, *Exod. VII. 11.* Verùm illud Targum Jonathanis illo nomine multò recentius, adeoqve ὑποβολιμαῖον esse, infrà ostendemus. Proinde illa nomina Paulum non existimamus desumsisse ex Targum, qvin nec ex Talmude, qvæ est sententia Drusii *in libello Henoch cap. 19. p. 25. Similiter*, inqvit, *Apostolus è Talmud habet nomina Principum magorum Pharaonis*: neqve ex libro Apocrypho, qvi *Jannes & Jambres* vocetur, ut sese *l. c. in margine* Drusius corrigere videtur: verùm illa nomina Paulo ex certa παράδοσει nota esse poterant, vel, si neqve hoc placeat, in Spiritus S. dictamine nobis est acqviescendum. Eadem autem nomina in scriptis Talmudicis non semel occurrunt procul dubio oraliter propagata: conf. Buxtorfius *Lex. Talm. p. 945.*

TH. 15. Dubitamus igitur, num satis luculenta allegati à Christo vel Apostolis Targum exempla produci qveant; inde tamen nimis liberè inferretur, E. tum temporis nullum Targum fuisse. Difficilior forsitan foret scrupulus de alto silentio *Fl. Josephi*, curiosissimi antiqvitatum suæ gentis scrutatoris, nisi sciremus, eum Græcis magis, qvàm Ebraicis innutritum, in Ebraismo & fortè etiam Chaldaismo hospitem fuisse. Ebraica enim si vel mediocriter delibasset, nunqvam הבל *Habel* significare πνεῦμα *lib. I. Ἀρχαιολ. c. 3.* scripsisset; neqve Chaldaismi ipsi cogniti evidentia deprehendimus vestigia. Ignoti ergò nulla cupido. Qvid qvod incertum sit, num omnia ejus scripta ad nostras pervenerint manus, adeò ut minimè

Digitized by Google

Fischerkasten, Fischerkorb, Fischerkorf, Fischerkorb, Fischerkorb, Fischerkorb

Syram verſionem V. T. cujus mentionem præter alios Ambroſius *Hexaem. l. 1. c. 8.* & Auguſtinus *l. 15. de C. D. c. 13.* faciunt, innuere voluiſſe Chaldaïcum Targum. Eam fuiſſe nonnullorum perſvaſionem, teſtatur Sixt. Senenſis *Bibl. S. l. 4. p. m. 380. a.* his verbis: *Syra editio, qvam ſæpè Græci patres unà cum cæteris Græcis ac Latinis editionibus ediſſerunt, à qvibusdam creditur eſſe Chaldæica translatio, à Judæis Thargum h. e. paraphraſis vocata.* Sed hanc ſententiam laudatus Helvicus ex allegatorum Ambroſii & Auguſtini ab hodierno Targum diſcrepantia falſitatis arguit. Ipſe verò Ebraiſmi ignorantiam & Græcæ verſionis inſignem authoritatem inter principes ponit cauſas, qvibus nos imprimis addimus magnam Targumi ante inventam Typographiam inter Judæos ipſos qvoqve raritatem & inſolentiam, nedum inter Chriſtianos. Hinc ait Elias Levita *præf. in Meturg.* קודם שנמצאה מלאכת חרפוס לא היו נמצאים תרגום נביאים וכתובים כי אם אחד במדינה ושנים באיקלים לכן לא היה מי שהשגיח בהם: i. e. *Antequam inveniretur ars Typographica, non extabat Targum Prophetarum vel Hagiographorum, niſi vel unum in tota quadam provincia vel ad ſummum duo exemplaria in uno climate. Propterea nec qvisquam erat, qvi ea curaret.* Ibidem tamen, ne hoc diſſimulemus, à communi paraphraſeων fato eximit Targum Onkeloſi. Objicere verò hic nobis aliqvis ulterius poſſet familiarem illam Hieronymi cum Judæis *Barrabano*, *Tybe-*

Digitized by Google

Tyberiensi, *Lyddæo*, aliisqve converſationem, qvam ipſe in ſcriptis ſuis *ut Tom. 3. p. 86. T. 4. pag. 8. 9. 10. & alibi* haud diſſimulare ſolet: mirum certè, ſi neqve hi unqvam mentionem Targumim apud eum feciſſent. Verùm hos ex mera invidia Targumim ſecum preſſiſſe exiſtimamus, cum ex iisdem non pauca neqve imbellia contra ſe ipſos arma deſumi ab Hieronymo poſſe, facilè præviderent. Ergò hæc omnia iſti aſſertioni, qvod poſt Hieronymi & Origenis demum tempora qværenda ſint incunabula τῶν Targumim, probandæ non ſufficiunt. Et qvo fine, vel conſilio tum demum confecta eſſent, cum populus Judaicus in qvatuor mundi angulos diſperſus, neqve Ebraica, neqve Chaldaica amplius lingva ut familiari uteretur? Neqve eludi vel convelli poſſunt liqvidiſſima pandectarum Talmudicarum de tempore paraphraſtarum teſtimonia, qvæ infrà producemus.

CAP. III.

DE MATERIA ET FORMA TARGUMIM.

Translatum V. T. exceptis libris Danielis & Eſdræ, utpote antea ſemichaldaicis, nec non Nehemiæ Targum in Chronica extare refert Ravius. Translatio facta in lingvam Chaldaicam. Hujo dialecti. Targum primitus

ſine

ſine punctis ſcriptum. Hinc variæ irrepſerunt menda. Ea ſublata à Buxtorfio. Babylonia ejus dim promiſſa. Variæ dantur editiones Targumicæ. Accentus in ſolo Onkeloſo.

TH. 1. Eluctati ex intricata illa controverſia ad reliqva enarranda nos jam accingimus. Et primò qvidem, ut prolixiùs diſqviramus, qvid paraphraſtæ Chaldæi transtulerint, operæ pretium vix videtur, cùm ex præcedentibus manifeſtum ſit, translatum eſſe V. T. Idem tamen non qvoad omnes omninò, ſed qvoad plerasqꝫ partes eſſe verſum, jam monemus. Excipiuntur enim libri *Danielis*, *Eſdræ* & *Nehemiæ*, in qvos nullum unqvam Targum conſcriptum legitur. Et de libris qvidem Danielis & Eſdræ non eſt, ut valde laboremus, cum ii jam ante originaliter ſemi-Chaldaici ſint. De libro potius Nehemiæ admiratio cuipiam ſuboriri qveat, cur nullum habeant Targum. De libris Chronicorum, (qvæ vulgò Targum non habere credita ſunt) Chriſt. Ravius *Diſſ. altera part. 1. Alc. Arabico-Lat. S. 36.* citante Hottingero *Theſ. Philol. p. 255.* monet, *repertam nuper in codice qvodam MSC. Erpeniano in Anglia paraphraſin Chaldaicam in illos, qvæ edita hactenus non ſit.* Idem Hottingerus Bibliothecæ ſuæ orientali annexuit recenſionem Bibliothecæ Erpenianæ, in qva *p. 29.* mentio fit 3. volum. Biblicorum MSC. in pergameno cum Maſora & alicubi Targum &

Pe-

Digitized by Google

Quadrangulum autem Altaris Holocausti, quod ante Tabernaculum erat, habebat quinque cubitos in longitudine, & quinque in latitudine, & tres in altitudine: cornua ejus de ipso procedebant. Et vestivit illud ære. Fecit quoque omnia vasa Altaris, lebetes, & forcipes, & fuscinulas, & ignitabula, & cuncta utensilia ejus ex ære. Craticulam quoque reticulatam, & subter arulam ejus, quæ descendebat usque ad medium altaris. Fudit & quatuor annulos in quatuor partibus craticulæ, per quos mitterentur vectes, & portarentur. Vectes quoque fecit de lignis Setim, & vestivit eos ære. Et intulit eos per latera altaris, ut ferrent illud. Non solidum, sed concavum, & tabulatum fecit illud. Labrum quoque ænum, & basim ejus de speculis mulierum, quæ excubabant ante ostium Tabernaculi.

Exod. 27. 1. Fecit & Altare Holocausti de lignis Setim, quadrangulum, habens quinque cubitos in longitudine, & quinque in latitudine, & tres in altitudine: cornua ejus de ipso procedebant. Et vestivit illud ære. Fecit quoque omnia vasa Altaris, lebetes, & forcipes, & fuscinulas, & ignitabula, & cuncta utensilia ejus ex ære. Craticulam quoque reticulatam, & subter arulam ejus, quæ descendebat usque ad medium altaris. Fudit & quatuor annulos in quatuor partibus craticulæ, per quos mitterentur vectes, & portarentur. Vectes quoque fecit de lignis Setim, & vestivit eos ære. Et intulit eos per latera altaris, ut ferrent illud. Non solidum, sed concavum, & tabulatum fecit illud. Labrum quoque ænum, & basim ejus de speculis mulierum, quæ excubabant ante ostium Tabernaculi.

Targum conſcriptum ſit. Hanc unam eſſe nemo facilè affirmabit, cui qvidem ſtylum Targumicum diſtinctiùs cognoſcere contigerit. Ut proinde hic confuſionem evitemus, recenſebimus lingvæ Aramææ (qvod nomen paulò latius eſt) dialectos, puritatisqve & impuritatis gradus, & miſſis prolixis multorum litigiis indicabimus breviter, qvodnam dialecti genus unicuiqve Targum commodiſſimè tribui qveat. Præprimis hic notandum, lingvam Aramæam in tres præcipuas dialectos dividi, *Babylonicam* ſcil. *Hieroſolymitanam* & *Syriacam*. *Illa* qvondam Babyloniis & aliqvamdiu Ebræis reducibus ex captivitate in uſu: *iſta* ſeqvioribus temporibus Judæis degentibus Hieroſolymis & in aliis Palæſtinæ locis vernacula: *hæc* deniqve in Antiochene, Comagene & locis circa Libanum præcipuè uſitata fuit, hodièqve Maronitis iſtius montis accolis familiaris eſt. *Babylonica* dialectus iterum dividitur *in puram*, qvæ à peregrinarum vocum & formarum contagio eſt remotior, & in ſtylo biblico Danielis & Eſdræ hodiè conſpicitur: & *impuram*, qvæ iterum eſt vel *minus talis*, ut Onkeloſi in Pentateuchum; is qvippe ad reliqvos collatus puritateſtyli ad Chaldaiſmum biblicum proximè accedit, huic verò proximus eſt Jonathan Prophetarum Paraphraſtes: vel *magis talis*; qvæ conſpicua *partim in Targum* Hagiographorum, qvod R. Joſeph cœco tribuitur, cujus tamen ſtylum alii Hieroſolymitanum dicere malunt, *partim in Talmud* Babylonico, ubi ſtylus & ex Ebræo Chaldæoq; mixtus

mixtus & varia barbarie conſpurcatus occurrit. *Hieroſolymitana* dialectus, qvæ ſanè impuriſſima omnium, à plerisqve in *Targumicam* & *Talmudicam* diſpeſcitur. *Targumica* in reliqviis Targum Hieroſolymitani & in Targum Jonathanis Pſeudo-Uzielidis in Pentateuchum, nec non in Targum qvinqve libellorum: *Talmudica* in Talmud Hieroſolymitano reperitur. Verùm has omnes dialectos impuritate ſuperavit ſubruſtica dialectus Galilæorum, de qva alibi egimus. Dialectus deniqve *Syriaca*, qvæ aliàs *Maronitica*, & *Antiochena* dicitur in verſione Syriaca V. T. Paraphraſi Syriaca N. T. & ſcriptis hodiernorum Maronitarum paſſim occurrit, de qva plura addere præſentis noſtri inſtituti ratio non permittit. Adiri hic præter alios cumprimis poteſt Barth. Mayerus *Phil. Sacr. P II. c. 2.*

Th. 3. Primitùs Targum, ut alia Rabbinorum ſcripta, ſine punctis exaratum fuit, uti teſtis eſt Elias Levita *Præfat. in Methurgeman* ſcribens: בלי ספק המתרגמים כתבו תרגומים בלי ניקוד : והראיה הנוסחאות הישנות מאד אחר כך זמן רב נתקנו על יד דיחי אן רבים אנשים בלישם כל אחד כרצונו עלכן יצא משפטן מעוקל i. e. *Procul dubio Targumiſtæ exararunt Paraphraſin ſuam absqve punctis.* Paulò poſt: *Oſtendunt id ipſum exemplaria pervetuſta: longo demum tempore poſt punctata ſunt ſive per plures, ſed anonymos, qvorum qvisqve egit pro lubitu, qvapropter etiam perverſum fuit judicium eorum.* Aliqvamdiu punctorum defectum ſupple-

Digitized by Google

verunt tres literæ אוי, qvæ alias אמות הקרוא sive *matres lectionis* appellari & in scriptis Rabbinicis ut plurimum loco vocalium adhiberi solent, ubi lectio ambigua futura esset. Hujusmodi matres lectionis antiqvitus in ipso etiam sacro textu vocalium loco adhibitas fuisse existimat & punctorum novitatem inde probare conatur Petrus Martinius *Technol. Gramm. Ebr. p.53. seqq. 64. seqq.* Cum verò Vir Doctissimus nullum producat argumentum, qvare vel qvando vel à qvibus matres istæ lectionis ex textu Ebraico sublatæ sint, ex hodierna matrum lectionis absentia punctorum antiqvitatem meliori jure stabilire videtur Vir Cl. Buxtorfius *de Antiqv. punct. P. 2. c. 8. p. 356. seq.*

TH. 4. Ut verò è diverticulo in viam redeamus, progressu temporis ab incertis autoribus Paraphrasibus Chaldaicis puncta vocalia addita sunt, sed valdè ἀνομαλως & ἀνορθογραφως; relictæ enim sunt in textu literæ istæ, vocalium antea indices, unde imperita, confusa & inordinata plerunqve punctatio prognata est, qvam retinuerunt Venetæ aliæqve Bibliorum editiones. Huic malo doctorum virorum ope medica manus adhiberi cœpta est tum in opere Complutensi Ximenii, tum Antvverpiensi Plantiniano, neqve tamen omnia satis castigari & emendari potuerunt. Accessit igitur tandem Herculeus labor *Joh. Buxtorfii Patris*, qvi hoc Augiæ stabulum penitus perpurgavit & in editione Bibliorum Basileensi Paraphrases Chaldaicas ad analogiam Danielis & Esdræ correctas exhibuit, qvam ipsam punctationem

nem

nem Vir Cl. B. Waltonus in opere qvoqve polyglotto Anglico ceu emendatiſſimam præ omnibus ſibi ſectandam eſſe duxit. Laboris verò iſtius & moleſtiam & utilitatem multò melius omnes deprehenſuri eſſent, ſi tandem à tenebris & ſqvalore vindicaretur ejusdem Buxtorfii *Babylonia* ſ. commentaria Critica in Targum, qvæ vir doctiſſimus, dum viveret, aliqvoties promiſit & ad qvæ in Lexico ſuo Talmudico Lectorem ſuum non ſemel remittit. Spem nuper fecit Waltonus *Diſſ. de lingv. Orient. p. 55.* brevi editionem ſecuturam eſſe, qvam tamen adhuc præſtolamur.

Th. 5. Commodè hâc occaſione mentio fieri poteſt variarum τῶν Targumim editionum, ubi primô locô ſe nobis exhibent illuſtria opera Biblica, præter alia etiam Targumim continentia. Et Biblia qvidem *Complutenſia* Franciſci Ximenii de Cineros, Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani ſtudio & ſumtibus A. C. 1515. edita nonniſi Targum Onkeloſi in Pentateuchum cum verſione Latina habent *qvod Chaldaicam Onkeloſi verſionem ſolam ſinceram ac fidelem, reliqvas in cæteris Scripturæ voluminibus nugaces eſſe* cenſeret, ut referunt Sixtus Senenſis *Bibl. Sanct. l. 4. p. m. 393. 6. f.* Ant. Poſſevinus *Apparat. Sacr. Tom. 2. pag. 276.* reliqvos tamen libros Biblicos è Chaldæo in Latinum ſermonem transferri curavit & in rei memoriam Complutenſi Bibliothecæ addidit. Biblia porrò Ebraica cum Targum & Rabbinis Venetiis à Bombergo An. Chr. 1515. inchoata & An. 1517. finitâ, iteratâ verò editione ibidem ab eo-

dem Anno 1528. auctiora exhibita corruptiſſimam paraphraſeon Chaldaicarum continent punctationem, ut jam ante monuimus. Sed A.C. 1571. prodiit opus Biblicum Magnificis Phil. II. Hiſpaniæ Regis ſumtibus à Chriſt. Plantino adornatum, cui præfuit *Ben. Arias Montanus* illiqve Chaldaicam paraphraſin correctiorem in omnes libros Biblicos (exceptis iis, de qvibus ſuprà diximus) unà cum Latina verſione inſeruit. Eandem Chaldaicam paraphraſin ſed correctiſſimam Buxtorfius in editione Bibliorum Baſileenſi Anno 1618. verùm ſine verſione exhibuit. Textum Chaldaicum deinde ex *Baſileenſi* & verſionem ex *Regio Hiſpanico* opere *Mich. de Jay* Heptaplis Pariſienſibus & Angli Bibliis Polyglottis nuper inſeri curarunt. Extant & particulares qvædam editiones τῶν Targumim. Sine verſione Targum *Onkeloſi*, *Jonathanis* & *Hieroſolym.* in Pentateuchum cum comm. Raſchi & Targum in qvinq; libellos prodiit primum *Venetiis* An. 1590 & deinde *Hanoviæ* & deniqve *Amſtelodami*. Targumi Onkeloſi in Pentateuchum verſionem Latinam cum notis publicavit *P. Fagius*. Translationem Latinam Targum Hieroſolymitani in Pentateuchum Anno 1649. & Anno 1655. utriusq; Targum in Eſter edidit *Franc. Taylerus Anglus*, ſed jam ante eum Targum omnium qvinqve libellorum Germanicè transtulerat R. יעקב בר בונם cognomento *R. Cappelman*. Targum in Jobum cum verſione & notis nuperrimè ſeorſim edidit *Joh.*

Tirem-

Terentius lingv. Ebr. in Ac. Franekerana Profeſſor; ut de aliis jam nihil dicamus.

Th. 6. Anteqvam tamen hoc caput obſignemus, monendum adhuc putamus, nulli ex Targumim accentus ſubjectos eſſe, præterqvam Onkeloſi, qvod ceu maximè ad verbum eosdem planè habet ſubſcriptos accentus, qvos textus Ebræus, îta ut, notante Schickardo, *ſub iisdem accentibus inſtar ipſius authenticæ legis decantari poſſit; niſi ubi interdum plura liberioris paraphraſeos verba, vinculis Maccaph unita longioris melodiæ ambitu ſonanda ſunt & eadem qvaſi chorda aliqvamdiu oberrandum, Bech. Happ. p. 23.*

CAPUT IV.

DE DIVERSIS AUTORIBUS TARGUMIM, ET DE ONKELOSO IN SPECIE.

Differentia Targumim ratione Dialecti, puritatis ſtyli, generis paraphraſtici, temporis, ordinis librorum S. Sæ, authorum. Onkelos non fuit Aqvila Ponticus: nec Akilas: neq; Titi ſororius. Qvis fuerit? Vertit ſolam legem. Verſionis ejusdem dotes & navi.

Th. 1. *Targumim* non unâ differunt ratione. Ex differentia ſtyli oritur *diſtinctio* inter *Targum Hieroſolymitanum & Babylonicum.* Sic Serarius *Rabb. pr. c. 14. & 16.* citante Helvico *de P. C. p. 14.*

Digitized by Google

ex nomine Targum Hierosolymitani colligit Onkeli Targum Babylonicum esse, & hoc sensu ab altero distingvi, qvo Talmud Hierosolymitanum & Babylonicum differunt, styli scil. diversitate & charactere sermonis. Et Rev. Dn. D. Müllerus *Judaism. p. 38.* notat: Man disputirt viel / welches das Hierosolymitanische oder Babylonische Targum sey. Das Targum Jonathans/die Dolmetschung der Propheten nennen etliche Babylonisch. Das Targum aber/welches Jonathan wird zugeschrieben über Mosen / nennen sie Hierosolymitanisch. Andere nennen das Targum Onkelos über Mosen Babylonisch/und das Letzte über die Psalmen/ Sprichwörter / und Hiob Hierosolymitanisch. Verùm qvocunqve tandem nomine qvodqve Targum ab hoc vel illo vocatum sit, qvid ex parte rei & ratione styli Babylonicum vel Hierosolymitanum vocari possit, præcedente capite indicavimus. Conf. hic Mayerus *Phil. S. P. II. p. 58.* Qvin & ratione sinceritatis puritatisqꝫ styli Targumim à qvibusdam in tres dispescuntur classes. Prima est eorum, qvæ ad puriorem Chaldaismum Biblicum proximè accedunt, ut Targum Onkelosi in legem & Jonathanis in Prophetas. Media eorum, qvæ præcipuè ob Syriasmi contagium à Chaidaismo Biblico longiusculè recedunt, ut Targum Hagiographorum, & cumprimis Proverbiorum, qvod Syriasmis scatet. Unde in ejus explicatione Rabbinici Syriacæ dialecti plerumqve rudes sæpius se exhibent ridiculos. Sic Elias *in Metturg.* scribit: *se ignorare, qvid sit* שורח *Targ.*

in

Digitized by Google

in Prov. 27. v. 25. & meritò incurrit cenſuram Cl. Buxtorfii *L. T. p. 2344. Hæc meritò Elias ſemper ſcribit, ſe ignorare, quid ſint, cum Syriacam lingvam non intellexerit.* Ultima denique claſſis eſt eorum, qvorum ſtylus varia ſqvalet μιξοβαρβαρία, ut Targum Hieroſolymitani, Pſeudo Jonathanis & qvinqve libellorum. Diſtingvi porrò poſſent Targumim ratione generis Paraphraſtici, ſic enim alii textum κατὰ πόδα ſeqvuntur, ut ante omnes Onkelos, alii liberius agunt, uti author Targum qvinqve libellorum aliqvando unam vocem Ebraicam triginta & pluribus Chaldaicis reddit, ut & infrà monebimus. Diſtingvi etiam poſſunt ex ξενοτάξια, & ſic antiqviſſimum Targum, ſaltem qvod hodiè ſuperet, eſt Jonathanis in Proph. huic proximum Onkeloſi in legem, recentiùs Targum in Hagiographa, recentiſſimum in qvinqve libellos. Diſtingvi itidem poſſent juxta ſeriem Biblicam Judæis uſitatam in Targum legis, Prophetarum & Hagiographa: Nos verò hâc vice in ſpecialiori Tractatione, Targumim juxta diſtinctos authores breviter conſiderabimus, & ſic liberâ methodô primò ad Onkeloſi Targum progredimur.

Th. 2. Expediemus verò ante omnia, qvæ de ejus perſona controverſiis obnoxia ſunt. Sic à nonnullis confundi ſolet cum *Aqvila Ponticο*, non ignoto Paraphraſte Græco, qvi qvidem ipſis Ebræis ignotus non eſt (cum ex illius verſione *Prov. 18. v. 21.* in Vajikra Rabba *ſect. 33* ab init. citentur duæ dictiones מצמרא מכורין i. e. μυ-

μύσεον καὶ μάχαιρα) à qvibusdam tamen ex illis malè pro Onkeloso habetur : nec enim una tantum diversitatis ratio suppeditari potest, nam 1. Onkelos Chaldaicè scripsit, Aqvila Græcè. 2. Aqvila professione Christianus fuit, Onkelos Judæus. 3. Aqvila dicitur Ponticus, Onkelos fortè ἀξεῖνος fuit in Ἄξείνῳ Ponto, ut loqvitur Schick. *Bech. Happ. p. 24.* 4. Onkelos olim Hierosolymis vixit ante Christum sub Hillele : Aqvila posteà demùm sub Imperatoribus, Adriano & Antonino Pio.

TH. 3. Num verò idem Aqvila Ponticus intelligatur per עקילס, qvi in Bereschit Rabba non semel citatur, dubitari sane posset, eundem tamen fuisse, Judæi passim asseverant; qvicqvid autem ejus sit, nec עקילס iste cum Onkeloso idem fuit, qvanqvam ita sentiant ex Judæis R. Simeon Haddarschan *in Jalcut Thora*, & Serarius *Rabb. prior.* nec non Bellarminus *de V. D. l. 2. c. 3. ab init.* Illum errorem autem solidè refellunt ex Christianis Helvicus *de P.C. pag. 7. 8.* Schickardus *Bech. Happ. pag. 24.* Hottingerus *T. P. pag. 258.* Leusdenius *Phil. mixt. p. 43.* & alii, ex Judæis R. Asarias *in Meor Enajim p. 148.* & R. David Ganz *in Zemach David ad An. 840. millen. qvarti*, cujus verba ex versione *Wilh. Heinr. Vorstii* Anno 1644. edita adscribimus : *Aqvila proselytus paraphrastice qvoq; exposuit legem coram R. Eliezare & R. Josua, uti extat in Hierosolymitano Cap. 1. Megilla. R. Chajia inqvit :* Aqvila proselytus legem interpretatus est coram R. Eliezare & R. Jehosua, atq; lau-

laudarunt eum, dixeruntqve : pulcherrimus factus es inter filios hominum. *Juxta verba autem autoris Meor Enajim interpretatus eſt Aqvila proſelytus Legem lingva Græca, uti dilucidis rationibus ibi diſputat & probat, Aqvilam & Onkelos fuiſſe proſelytos juſtitiæ: illosq; duos eodem tempore fuiſſe, non tamen fuiſſe unum hominem duobus nominibus, ſicut multi autumant, niſi tantum, qvòd Onkelos proſelytus ſit antiqvior, Aqvila verò recentior diſcipulus R. Eliezaris & R. Joſuæ factus. Onkelos enim proſelytus factus eſt diebus Hillel & Sammai, & fuit tempore R. Gamalielis ſenioris, uti ſuprà memoratum eſt: Aqvila verò non eſt proſelytus factus niſi longo tempore poſt excidium; dicunt enim in Semoth Rabab Sect. Miſpatim*, Aqvila dixit Adriano Imperatori, volo proſelytus fieri. *Sic qvoqve ibidem in Tanchuma, & in Midraſch Bereſchit Rabba ad verſum: Et vovit Jahakob votum.* Novimus Aqvilam non fuiſſe factum proſelytum niſi tempore Adriani, qvi devaſtavit Bither qvinqvaginta qvinqve annis poſt excidium templi. Hactenus R. Ganz. Breviter, עקילס & אונקלוס diverſos fuiſſe arguit 1. diverſitas nominum & ratione ſcriptionis & ratione pronunciationis. 1. diſtincta utriusqve mentio apud Ebræos e g. Eliam *Lev. Præf. 3. Maſoreth.* 3. diverſitas librorum ab iis translatorum: Akilas qvippe, ut ex locis in Bereſch. Rabba citatis *ex Eſ. 3. Prov. 12. &c.* videre eſt, Hagiographa & Prophetas vertit, Onkelos legem.

Th. 4. Alii dicunt, Onkeloſum hunc Imperatoris Titi ex ſorore nepotem fuiſſe, qvi poſt exci-

Digitized by Google

dium urbis factus sit proselytus. De illo enim Onkeloso Titi fororio loqvuntur Talmudistæ *in Gittinf. 56. 2.* אונקלוס בר קלוניקלס בר אחתי׳ דטיטוס הוה בעי לאיגיורי אזל אסקיד׳ה לטיטוס בגנירא אל מאן חשיב בההוא עלמא א״ל ישראל מהי לאידבוקי ביה וגו׳: i. e. *Onkelos filius Kalonici filius sororis Titi voluit proselytus fieri. Abiit verò & per necromantiam adduxit Titum & rogavit illum: Quis est honorabilis in hoc mundo? Respondit: Israëlitæ. Regessit: an consultum adhærere illis, &c.* Hunc ergò fororium Titi esse Paraphrastam nostrum statuit R. Abr. Zachut *in Juchasin f. 52. 2.* nec renuit Elias *in præf. Methurg.* Et certè in Talmude Paraphrastes noster אונקלוס הגר *Onkelos proselytus* appellatur *Megilla c. 1.* Nihilominus tamen ab illo fororio Titi diversus omninò fuit, ut contra Zachutum cum R. Asaria *in Meor Enajim* ostendit R. David Ganz. *in Zemach*, cujus verba *p. 100.* ex edit. & versione Vorstii adducimus: *Onkelos proselytus paraphrasticè expositit legem diebus R. Akibæ ex ore R. Eliezaris & R. Jehosuæ, uti extat in c. 1. Megilla. Hic diu produxit dies, autor enim Meor Enajim cap. 48. adfert probationem ex Zohar sect.* Ahare mavet, *ad versum*: Judicia facite Lev. XIIX, 4. *Onkelos proselytum factum esse diebus Hillel & Sammai & vidisse Jonathanem fil. Uzielis, qui paraphr. confecit in Prophetas. Sic quoq; videmus Onkelum fuisse diebus R. Gamalielis Senioris in Tosiphta (Sabbat) c. 8. & c. 1. Avada Zara ubi idem legimus.* Et mox: *Itaq; scias, Onkelum proselytum,*

cujus

Digitized by Google

qvo conf. Helvic. *P. C. p. 6.* Buxtorfius *Abbrev. Rabb. p. 120. 207.* Schickardus *B. H. p. 25.*

TH. 5. Onkelos proinde Jonathani Prophetarum paraphraſtæ σύγχρονος fuit & ante Salvatoris nativitatem verſionem ſuam in legem adornaſſe videtur. Id qvod fruſtra G. H. Vorſtius *Not. ad Chronol. Ganz. p. 290.* propterea in dubium vocat, *qvod nec Origenes nec Hieronymus ambo verſatiſſimi in lingva Ebræa & Chaldæa neq; ullus veterum hujus Onkeloſi meminerit, cujus tamen non exiguus poterat eſſe uſus in redarguendo qvoscunq; Judæos.* Verum huic dubio jam antea ſatisfecimus. Sed nec cum illis facere poſſumus, qvi referente eodem Vorſtio Onkeloſum *112. annis poſt Jonathanem Paraphraſtem floruiſſe*, vel *50. annis poſt Chriſti natalem demum vixiſſe* autumant.

TH. 6. Id tamen indubitatò aſſerere non poſſumus, Onkeloſi verſionem omnium primam fuiſſe, cum lingva Ebraica procul dubio jam ante Onkeloſi tempora in uſu vulgari obliterata fuerit & juxta qvosdam Jonathan qvoqve legem verterit. Si qvis tamen cum Waltono *Appar. Prol. 12. num. 7.* aſſerere velit, ante Onkeloſum & Jonathanem paraſchas & Haftaras ex nulla verſione ſcripta prælectas, ſed à Levitis & Scribis oraliter textum eſſe expoſitum, præfractè non contradicemus.

TH. 7. Expedivimus dubia de Onkeloſi perſona & tempore ſcriptionis, progredimur ad explicandum translationis ejusdem objectum. Nullis ergò hactenus idoneis teſtimoniis ab uſlo probari

P. 1. c. 48. & apud R. Lipmannum *in Nizzachon p. 43.*

TH. 9. Ab omnibus tamen nævis immunis Onkelos non eſt. Παραφράσεις qvasdam ex *Exod. 13, 2.* (potius *c. 33. v. 3.*) & *Num. 24. v. 1.* Gerſon *Talm. p. 222.* & ex *Gen. 3. v. 15.* produxit Hottingerus *T. P. p. 258.* qvibus addi poſſunt ſeqventia loca, ubi partim à ῥητῷ diſcedit *Gen. 3, 21. c. 48. v. ult. Num. 10. 31. Deut. v. 10. &c.* partim nomina propria vel in appellativa transformat, vel commutat, *Gen. 14. v. 5. & 10.* partim ad fabellas qvandoqve dilabitur, ut ex illis capitibus, in qvibus ſolitô prolixior eſt, *Gen. 49. Num. 23. & 24. Deut. 33.* demonſtrari poſſet. Ea verò vitia, qvæ Bellarminus *de V. D. l 2. c. 3. p. 21.* Onkeloſo affricare conatus eſt, ex præpoſtera fermè cenſura prognata eſſe oſtendunt Helvicus *L. C. p. 24.* & B. D. Waltherus *Off. Bibl. p. 262. ſ.* ad qvos lectorem remittimus.

CAP. V.

DE TARGUM JONATHANIS.

Jonathan non eſt Theodotion. Fuit diſcipulus Hillelis. De eo miranda tradunt Ebræi. Fuit primus ex Paraphraſtis hodie extantibus. Transtulit Prophetas priores & poſteriores. Non totam SSam, juxta qvosdam. An Paraphraſis in Pentateuchum, qvæ ipſi hodie à qvibusdam

dam adſcribitur, ejus revera ſit? Negatur hoc & ſatisfit rationibus Helvici atq; exceptionibus Schickardi. Jonathanis ſuppoſititii freqventes fabulæ: Jonathanis veri virtutes & nævi.

Th. 1. Pergimus jam ad Targum *Jonathanis filii Uzielis*, de cujus peerſona error qvorundam, confundentium ipſum cum *Theodotione*, altero illô celebris Græcæ verſionis architecto vix memorandus videtur, cùm nonniſi nominum qvalicunqve convenientia nitatur. Qvi enim Ebræis eſt יהונתן is Græcis *Theodorus*, *Theodotion*, Latinis *Deodatus*. *At infirmiſſima eſt concluſio* rectè ait Schickardus *p. 25. ex ſolius nominis qvalicunq; illuſione deducta, ſic & Imperatori Theodoſio adſcribendum foret.* Irreconciliabilis eſt diſcrepantia temporis, religionis & idiomatis paraphraſtici, ne in re plana diutiùs hæreamus.

Th. 2. De veritate hiſtorica eſt, qvod Judæi de hoc Jonathane magnô conſenſu tradunt, eum Hillelis (qvem 40. ætatis ſuæ anno è Babylonia educem deinceps per totidem annos in Academia Hieroſolymitana Doctorem, & per alios 40. annos ejusdem Rectorem fuiſſe narrant) diſcipulum, & inter celeberrimos 80. ſummum, atqve ſic, ut colligit Schikardus, Simeonis Juſti (illius, qvi ab Evangeliſta Chriſtum infantulum ulnis ſuſceiſſe memoratur) condiſcipulum, & Chriſto nato annis benè multis ſuperiorem fuiſſe. Seqvenda tautem redolent hyperbolas Judaicas; ut

qvod

qvod *in Bav. Bathra c. 8. f. 134. 1.* legitur: תנו רבנן שמונים תלמידים היו לרי להלל הזקן שלשין מהן ראוים שתשרה עליהם שכינה כמשה רבינו ע"ה שלשים מהן ראוים שתעמוד להן חמה כיהושוע בן נון עשרים בינונים. גדול שבכולן יונתן בן עוזיאל. קטון שבכולן רבן יוחנן בן זכאי: אמרו עליו על רבן יונתן בן זכאי. שלא הניח מקרא ומשנה. תלמוד הלכות והגדות. דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים. קלין וחומרין. וגזרות שוות ותקופות. וגמטריאות. ומשלות שועלים. שיחת שדים ושיחת דקלים. ושיחת מלאכי שרת ודבר גדול ודבר קטון דבר גדול מעשה מרכבה דבר קטון הויא דאביי ורבא לקיום מה שנאמר להנחיל אוהבי יש ואוצר ותיהם אמלא וכי מאכד דקטן שבכולם כן גדול שבכולן על אחר כמה וכמה: h. e. *Tradunt magistri nostri, qvod Hillel senex habuerit octoginta discipulos, ex qvibus triginta digni fuerunt, ut in iis habitaret Spiritus S. sicut supra Mosen Præceptorem nostrum b. m. Triginta autem ex illis digni erant, ut eorum gratia daret Sol, sicut propter Josuam, filium Nun: viginti denique mediocres fuerunt. Maximus omnium fuit Jonathan Uzielides: minimus omnium Rabban Jochanan filius Zacchæi; de illo autem R. Jochanan perhibuerunt, qvod nunqvam vacârit à studio Biblico & Talmudico, à traditionibus & mysticis enarrationibus, à subtilitatibus legis & minutiis Scribarum, ab argumentationibus à minori ad majus & à pari,*

à stu-

Pferd, das sich nicht gut zum Reiten eignet, kann man
doch noch immer zum Springen verwenden. Ein Pferd,
das sich nicht gut zum Springen eignet, kann man doch
noch immer zum Laufen verwenden. Ein Pferd, das sich
nicht gut zum Laufen eignet, kann man doch noch immer
zum Ziehen verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut
zum Ziehen eignet, kann man doch noch immer zum
Lastentragen verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut
zum Lastentragen eignet, kann man doch noch immer
zum Ackern verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut
zum Ackern eignet, kann man doch noch immer zum
Kutschieren verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut
zum Kutschieren eignet, kann man doch noch immer
zum Reiten verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut
zum Reiten eignet, kann man doch noch immer zum
Springen verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut zum
Springen eignet, kann man doch noch immer zum Laufen
verwenden. Ein Pferd, das sich nicht gut zum Laufen
eignet, kann man doch noch immer zum Ziehen verwenden.
Ein Pferd, das sich nicht gut zum Ziehen eignet, kann
9. 10. אשר Num. 21. 30. ועשרון Num. 29. 15. לנו ולבנינו Deut. 29. 29. יצא 2. Sam. 19. 20. המם Es. 44. 9. מהקצעות Ez. 41. 20. מהיכרי Ez. 46. 22. לולא Pf. 27. 13. De talibus punctatis vocibus censura Leusdenii *l. c. sect. 5.* est: *vel casu in textum irrepsisse inter tempora Esdræ & confectum Talmud; vel certo consilio à qvibusdam Judæis iisdem temporibus esse addita, & qvidem ut effecta qvædam mysteria ex textu elicerent.* Verùm temeraria videtur hæc censura: nam non constat Leusdenio de authoribus istorum punctorum, qvos qvidem ante Talmudianos fuisse certum est ex *Berachot c. 1. f. 4.* eorum tempus tamen certò definiri non potest: neqve etiam loca omnia ejusdem sunt generis. Nobis videntur ista puncta inter alia adhibita fuisse ad excitandam admirationem, ut *Gen. 19. 33.* ad qvem locum notat Hieronymus *Qvæst in Gen. Appingunt desuper, qvasi incredibile & qvod rerum natura non capiat, coire qvempiam nescientem.*: Sic *Gen. 33. 4.* osculandi verbum punctis notatum, qvod mirum, hominem tàm efferum ita placatum & mitem factum esse, ut Jacobum oscularetur &c. aliqvando ad notandam emphasin *Gen. 16. 5. &c.* qvandoqve fortè puncta talia sunt mystica, licet nobis non omnia in tanta Masoræ confusione & defectu pateant. Ficta Judæorum mysteria neqve nos curamus. Conf. Buxt. *Tib. c. 17.* *Sexto* deniqve notârunt literas planè insolitæ figuræ. Sic *Es. 9. 7.* in voce למרבה occurrit Mem finale in medio, ut mult

existi;

existimant, mysticum. Contra *Neh. 2. 13.* in voce ם Mem medianum pro finali adhibetur: sic *Job. 38. 1.* in voce נ est Nun medium pro finali. De annotationibus Masorethārum *circa vocales & accentus*, ne nimium præsens nostra excrescat tractatio, consulatur Buxtorfius *Tiber. P. 1. c. 9.* ubi omnia fusissimè persecutus est. Impræsens notamus tantummodò loca, in qvibus vocales pronuntur sine consonis, nim. Rut. III. 5. & 17. Thren. I. 18. II. 2. V. 3. & 5. Jud. XX. 13. 1. Sam. XIV. 32. 2. Sam. XVI. 23. VIII. 3. XVIII. 20. XX. 23. 1. Reg. IV. 7. VII. 20. XV. 18. 2. Reg. XI. 20. XV. 25. XIX 31. XX. 13. Es. XXVIII. 15. Jer. X. 13. XVII. 19. XVIII. 23. XXXI. 38. L. 29. LII. 32. Ezech. XVIII. 20. qvæ loca ex editione Menasseh ben Israël ipsi collegimus. Judicent autem cordatiores: utrum probabilius dicatur, puncta sola & sine literis in qvibusdam exemplaribus scripta & literas deinceps ex aliis codicibus à Masorethis restitutas marginiqve additas esse? an: puncta ista in plerisqve codicibus planè abfuisse & Masorethas ex aliis exemplaribus eadem cum literis restituisse, ita ut literas margini vocales textui adderent? Nos malumus ἐπέχειν, qvanqvam in priorem sententiam proniores. Et tantum qvoqve de Masoræ materiâ.

CAP. IV.

DE FORMA MASORÆ.

§. 1.

Interna Masoræ *forma* pro ratione materiæ variat,

Ad Marciam.

Cap. XXIII.

Quid de Marcia dicam? Quæ tam diu luctum filii sui
tulit, quam diu habuit? Quæ nec tempore nec ratione
finivit, sed tandem victa, non satiata destitit? Quæ
nec amicorum precibus nec ullis avocationibus ab
hac tristitia abduci potuit? Quæ nec ipsa voluit
consolationem admittere, nec ullum solatium? Quæ
nec ipsa voluit finem facere, nec ullum fecit? Quæ
nec ipsa voluit finem facere, nec ullum fecit? Quæ
nec ipsa voluit finem facere, nec ullum fecit

disperſum tradebatur. Is nunqvam impreſſus, Eliæ tamen viſus & uſurpatus eſt, qvi eum commendat *Oſtern.* ב *p.2. b.* his verbis : ועם כל זאת צמאי לרוות נפשי לא יכלה כי אם מספר אכלה. והרבה ממנו לקטתי וכללו בידי נקטתי. והוא ספר קטן הכמות ובמסורה אין לו הדמות. ונכבדות בו מדברי ולא נמצאו מחבר המדבר מהמסורת וכללם רק הוא לבדו בעולם: i. e. *Et cum omnibus iſtis ego ſitibundus animum implere neqvivi aliunde, niſi è libro* ACHLA, *unde plurima collegi & regulas ejus manu meâ obtinui. Liber iſte licet parvus ſit qvantitate, in Maſora tamen non datur ei ſimilis. Præclara continet, neq; reperitur alius liber concinnatus, qvi loqvatur de Maſora & regulis ejus, niſi ille ſolus in mundo.*

§. 3. Temporis vero progreſſu, ne textus Biblicus omni Maſorâ ejusqve uſu deſtitueretur, inſigniora qvædam excerpi & ſacro codici ſed valdè compendiosè per literas numerales, abbreviationes & ſymbola obſcura atqve ænigmatica, & voces adſcribi, voces verò, ad qvos breviculæ iſtæ notæ referendæ eſſent, circello deſuper inſigniri cœperunt: hac de re Elias *Præf. 3. circa fin.* ait: אכן בגליונות שבצדדי הספרים ובין העמודים כתבו הדמים והסימנים וסכום המלות והעניינים בקצור מופלג בראשי תיבות ובנוטריקון והוא הנקרא מסרת קטנה: *Veruntamen in marginibus, qvi ſunt ad latera librorum & inter columnas ſcripſerunt ſigna & ſymbola & numerum dictionum & rerum brevi-*

§ 3. Ἐν τούτοις δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἃ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἃ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ· ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ ἠπείρῳ ἃ δὲ ἐν τῇ νήσῳ· ἐν δὲ τῇ ἠπείρῳ ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ ἄνω ἃ δὲ ἐν τῇ κάτω· ἐν δὲ τῇ ἄνω ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ ἃ δὲ ἐν τῇ ἑσπερίᾳ· ἐν δὲ τῇ ἑῴᾳ ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ βορείᾳ ἃ δὲ ἐν τῇ μεσημβρινῇ· ἐν δὲ τῇ βορείᾳ ἐστὶν ἃ μὲν ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἃ δὲ ἐν τῇ δυτικῇ· ἐν δὲ τῇ ἀνατολικῇ

eminus inſpectus leonum, urſarum, boum, ovium &c. imagines crediderim, nec artificii fraudem prius ſenſerim, quàm oculis membranæ cominus admotis intuitus eſſem proximè. Cum igitur in hoc ornatu tantoperè priſcos Hebræorum librarios luxuriaſſe cernerem, non ultra miratus ſum, quod in re alioquin ad ſuperſtitionem uſq; diligentiſſimâ, quædam omiſerint, quæ ſcilicet animalis icon non caperet; unde prima depravationibus occaſio data fuit. Eadem eſt querela Eliæ Levitæ *loco cit.* Sed & ſimile exemplar, ubi Maſora in tales figuras redacta eſſet, attuliſſe *Jacobum Golium* ex oriente refert Leusdenius *l. c. ſect. 9.*

§. 5. Tandem, ut ſuprà dictum, Maſora auſpiciis *Danielis Bombergi* publicè excudi cœpta & Bibliis Venetis adjuncta, à *R. Jacob ben Chajim*, Afro Tunetano, autem denuò ita diſpoſita eſt, ut tribus jam diſtinctis locis exhibeatur, & pro diverſo ſitu ut & ratione ſtyli in *Parvam, Mediocrem & Maximam* diſtingvi poſſit, de qua diviſione nobis jam ulterius eſt diſpiciendum. *Maſora parva* dicitur illa, quæ duabus columnis, Ebræo ſcilicet & Chaldaico textui interjacet: hæc meris conſtat abbreviationibus, literis numericis & ſymbolicis, non omni lectori intelligibilibus. Vox textus, ad quam nota Maſoretica pertinet, circello ſuperne notatur: hinc ſi ad unam lineam plures extent notulæ, totidem iis circelli reſpondent. Loca Biblica parallela hic nulla adducuntur, nſi fortè vox quædam bis tantummodò occurrat. Sic vox aliqua quater, quinquies

aut ſæpius reperiatur, pro ſymbolo Locorum Biblicorum adhibetur ſententia; quædam Chaldaica, rarius Ebraica : conferatur Buxtorfii *Com. Maſſ. c. 1. 2. Mediocris*, quæ & *magna textualis* dicitur, ad textum cujusque folii adſcripta eſt, occupat autem ſpacium ſupra & infra textum & quandoque ad latus, ubi gloſſa Rabbinica deficit. In ea porrò primò ponitur vox textus, deinde numerus quoties reperiatur, tum ſubjiciuntur loca Biblica, licet quandoque non adducantur ſed in alium locum vel ad Maſoram finalem remittantur. At eam quoque pertinet *Maſora præliminaris*, quæ paſſim in veſtibulis librorum Biblicorum ornatus cauſa inſtar magnificæ alicujus portæ majuſculis literis deſcribitur, & lineis in quadratum diſpoſitis exhibetur. Sic e. g. circa primam vocem Geneſeos בראשית habetur Maſora pertinens ad iſtam vocem, in qua antiquitus litera ב fuit majuſcula & ejus occaſione affertur integrum Alphabetum talium literarum majuſcularum, quæ paſſim per totam ſcripturam inveniuntur. Plura vide apud Buxtorffium *Clav. Maſſ. c. 15. 3. Maſora maxima*, quæ & *magna finalis* vocatur, Bibliorum calcem occupat, continens illa ferè, quæ in mediocri ob ſpacii anguſtiam omiſſa erant, eaque ut facilius inveniantur, Alphabetico ordine omnia ſunt diſpoſita. Loca Biblica ad eum ſcopum parallela vel ſtatim adducuntur, vel ad Maſoram textualem relegantur: locorum autem citatorum nec libri, nec capita, nec verſus allegantur, ſed ea ex Ebraicis

Con-

Digitized by Google

Concordantiis inveſtiganda ſunt. Poſt ſeriem Alphabeticam Maſoræ finalis addita ſunt quædam Miſcellanea à collectore primitus omiſſa. *p.69.* Deinde ſequitur catalogus vocum, in quarum lectione diſſentiebant duo Academiarum Judaicarum Rectores *Ben Aſcher & Ben Naphtali f. 93.* Tum ſequuntur voces, in quarum lectione differebant מזרחאים *orientales* Judæi, hoc eſt, Babylonii, & מערבאים *occidentales* i. e. Palæſtini Judæa enim Babyloniæ erat occidua. *f. 63. fac. 2.* Et tantem adjicitur שער הנגינות *Porta accentuum* i. e. brevis indroductio in univerſam doctrinam accentuum *f. 66. fac. 2.*

CAP. V.

DE USU ET AUTHORITATE MASORÆ.

§. 1.

Finis ſtudii Maſoretici, ut eò tandem deveniamus, eſt cuſtodia integritatis Biblicæ, quam utut fortean Maſoretæ poſteriores principaliter non ſpectarint, divina tamen providentia vel per ignaros & aliud agentes ſapientiſſimè eſt conſecuta: quamvis enim illi propriam inde gloriam aucupari intenderent, ſufficit tamen, quod ii, quibus concredita erant τὰ λόγια τῦ θεῦ, ſe geſſerint ut caſparios noſtros, nobisque ſtudentibus libros portarint, ut ex *Auguſtino* anteà diximus. Audiamus hic ipſos Judæos. Ita *Aben Eſra Princip.* יסוד מורא : ait : כי יש חאמרת שכר לפעולות בעלי המסורת שהם כשומרי חומות

חומות העיר כי בעבורם עמדה תורת יחוד וספרי הקדש על מתכונתם בלי תוספת ומגרעת: *Revera merces magna debetur autoribus Maſoræ, qui ſunt quaſi cuſtodes murorum civitatis; propter eos enim peaſtat lex Domini & libri ſancti in forma' ſua absque ulla additione vel detractione.* Et Elias Levita *Orat. 3. Hammaſ.* והכלל כי הם העמידו התורה והמקרא על עמדם ובלי ספק לולי באו כבר כלתה החרוזה ונעשית התורה כשתי תורות ולא היו שני ספרים בכל ספרי המקרא שהיו מסכימים יחד.... אחר המעשה אשר עשו בערלי המסורת אי אפשר שנפל או שיפול חלוק או שנוי בשום צד בכל ספרי המקרא ולא לחנם אמרו רזל' מסורת סיג לתורה: *In ſumma: Illi* (Maſorethæ) *redegerunt Legem & totam SSam in formam ſuam ſtabilem & absq; omni dubio, ni ſi ipſi veniſſent, jam conſumta eſſet placenta & facta fuiſſet lex, quaſi duæ leges, nec eſſent duo libri inter omnes libros Scripturæ, qui inter ſe concordarent.* Et paulò poſt: *Poſt laborem illum, quem præſtiterunt Maſorethæ, impoſſibile eſt ut inciderit, aut incidere poſſit in poſterum varietas aut mutatio quædam ullo modo in ullis libris Scripturæ. Non enim fruſtrà dixerunt Rabbini noſtri:* Maſora eſt ſepes legis. Similia habet Jacob ben Chajim *Præf. in Bibl. Ven.* Licet ergò Maſorethararum præcipuè poſteriorum criſis quandoque fuerit curioſior vel etiam ſuperſtitioſa, utilis tamen nobis fuit eorum curioſitas & ſuperſtitio.

Un-

Unde malam iis referunt gratiam, qui eorum laborem conferunt cum arte circulatoria illius ματαιοτεχνίτε, qui grana ciceris ex intervallo quodam objecta, acu ita accuratè excepisse dicitur, ut à tot millenis nequidem unquam frustratus fuerit; dignus, qui à Spectatore suo *Alexandro M.* ejusdem leguminis modio donaretur.

§. 2. Dicendum verò hic etiam aliquid est, de *adjuncta* Masoræ *authoritate*, num nimirum divina illa sit vel humana? Circa quam quæstionem ut breviter nos expediamus, distinguendum primò esse inter Masoræ *authores*. Illa quæ in Masora profecta sunt ab Esdra & ejus collegis, si modo sciremus quænam & qualia illa, utique divinæ videntur esse authoritatis, cum Esdras divina authoritate instructus sacri codicis reique Ecclesiasticæ curam & revisionem in se susceperit. Sic ergò lectiones ab eo è codice authentico restitutæ, vocales & accentus quorum vel inventor fuit vel certè complementum iis addidit, & similia, divinæ sunt authoritatis. Deinde distinctio etiam adhibenda inter Masoram *formaliter & materialiter* spectatam, sive inter *id quod est Masora & id quod est Masoræ*. Materia Masoræ cum inter alia sit Keri in margine additum, quod certâ ratione quandoque præferendum τῷ Ketif & exhibet particulam quandam integrantem, quantulamcunque licet, Scripturæ à Masoretis, etiam posterioribus, ex emendatioribus codicibus restitutam, non possumus iterum diffiteri aliquid Masoræ esse divinæ authoritatis.

Quod verò ad Maſoretharum ſupputationes, computationes &c. breviter notamus *rem numeratam* eſſe divinæ authoritatis, *formam & modum ſupputandi* humanæ. Cœtera, quæ hic dici poſſint, Theologis committimus, ut omnia juxta fidei analogiam dijudicent.

§. 3. Poſſent quoque in ſpecie multa in medium proferri & in utramque ventilari partem de *Keri & Ketif* ſeu varietatibus lectionis E. g. Num Keri ſit præferendum τῷ Ketif? Num etiam Esdras autor ſit quorundam Karian & Katban? Num illi, qui τὸ Keri addiderunt in margine, ejus vocales addiderint τῷ Ketif in textu, hujus vocalibus ſublatis? Num etiam Keri & Ketif inſtitutum circa vocales? &c. Ad quæ ſingula nos, ne plane nihil dixiſſe videamur, tria reponemus verba. Ad *primum* ergò quæſitum diſtinctè reſpondendum putamus ſc. nec ſemper τὸ Keri τῷ Ketif nec ſemper hoc illi præferendum eſſe, cum authores Maſoræ præcipuè poſterioris textum non emendarint, ſed ejus tantum variantes lectiones annotare voluerint. Exiſtimamus proinde 1. Veram lectionem nunquam in omnibus exemplaribus periiſſe, adeoque vel in τῷ Ketif vel in τῷ̃ Keri exhiberi. 2. τὸ Ketif nunquàm facilè deſerendum eſſe, niſi vel forma Grammatica planè ſit aliena, vel vox aliqua ſuperflua vel parum commoda evidenter deprehendatur. Tunc enim forma grammatica genuina, in τῷ̃ Keri Marginali ex emendatiori codice reſtituta ſequenda, vel vox commodior ex alio

Digitized by Google

alio itidem codice petita præterenda videtur. E. g. *1. Sam. 4. 13.* pro יד, יך: *Jos. 15. 47.* pro הגבול הגדול &c. unde etiam B. Lutherus noſter quanquam rariùs, ק Keri ſecutus eſt. 3. in vocibus iis, quæ pro quibusdam opinione obſcœnis adhibitæ, כ Ketif rurſus introduci poſſe, cum hodie, ubi lingua Ebræa Judæis vernacula eſſe deſiit, illæ voces, quæ aliàs per ſe & ex ſua origine nil fœdum important, nec uſu quidem obſcœnæ eſſe queant. Verùm plura in rem præſentem videantur apud D. Glaſſium *Phil. Saer. P. 1. p. 4. ſeqq.* Magnif. Dn. D. Calovium *Crit. Sacr. p. 373. ſeqq.* Fabritium *Partit. Cod. Ebr. p. 13. ſeq.* Buxtorffium *Anticrit. P. 2. c. 4. &c.* Ad *ſecundum* affirmativè reſpondendum videtur: ſed manet controverſia, num Eſdras lectionem veram in authentico codice deprehenſam in margine locârit, corruptâ in ipſo textu relicta: an verò corruptam ex textu ſublatam in marginem tranſtulerit & genuinam ex authentico codice deſumtam in textu repoſuerit? qua de re judicent cordatiores. Ad *tertium* reſpondemus negativè: ſi enim Maſorethæ vocales τ֫ Keri ſubdidiſſent literis ׀֫ Ketif, hujusque vocales planè abſtuliſſent, ſequeretur vel Keri ſemper eſſe melius τ֯ Ketif vel nos non habere veras vocales veramque lectionem τ֫ Ketif, quod tamen ſæpius τ֯ Keri præferendum. Et quod ſi Maſorethæ hanc ſibi licentiam arrogâſſent, ut tollerent genuinas vocales in qvibusdam vocibus, eſſet fortean promta ad alias voces collectio. Ad *quartum* deni-

denique dicimus, Maſorethas, utut vocalium diverſitatem ex variis codicibus non annotârint, nihilominus notaſſe vocalium & accentuum irregularitates; inde tamẽ non benè colligi putamus, vel Maſorethas poſteriores vocalium inventores eſſe vel nos non habere ubique veram punctationem à primis ejus authoribus profectam. Et tantùm ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει de Maſorâ, cujus cum intricatiſſima & difficillima ſit tractatio, tum ob ejus imperfectionem, tum ob defectum hiſtoriæ, ſperamus veniam, ſi quid vel non rectè aſſecuti ſimus, vel minus dextrè expoſuerimus. Pro iis verò, in quibus veritatem, (quam ſemper ſecuti ſedulò) aſſecuti ſumus, tribuimus

SOLI DEO GLORIAM.

בגד

EXERCITATIO IV.

De

TRIHÆRESIO JUDÆORUM,

Sive

DE PHARISÆIS, SADDUCÆIS ET ESSÆIS.

DE Trihæreſio Judæorum magna contentione decertatum eſt à *Nicolao Serario*, Jeſuita Moguntino, *in Trihæreſio & Minervali*; nec non à viris doctiſſimis *Joſepho Scaligero*, *in Elencho Tri-*

Trihæresti contra Serarium: & Johanne Drusio, in Commentario de tribus Sectis, Serarii Trihæresio & Minervali *oppositio*. Nobis impræsentiarum nec constitutum est omnia accuratius excutere de quibus illi disputarunt: nec etiam præsenti titulo Sectarum Judaicarum numerum ad ternarium restrictum volumus. Nec enim nos latet, quot sint de numero ipsarum sententiæ, cum quibusdam duæ, aliis tres, multis quatuor, non paucis plures, imò etiam ad viginti octo numerentur; vid B. Chemnitius *Hanm. Evang. p. 126.* Vener. Dn. D. Müllerus *Judaism. Proleg. 8. p. 64.* Drusius *l. c. l. 1. c. 2.* Satis erit nobis de tribus principalioribus egisse, qvarum subinde mentionem fecit Fl. Josephus. cùm aliæ ejus temporis Sectæ Judæorum vel minus celebres essent, ut Secta *Sabbathariorum* (משבותאי) quos Eusebius *l. 4. Hist. Eccles. c. 22.* μασβωθαίους vocat; vel factiones saltem civiles, quales *Theudæ* & *Judæ Galilæi*, de quibus *Act. V.* vel foverent tantummodò diversa quædam vitæ instituta, non religionis disidia, ut constat de *Nasiræis, Rechabitis & Chasidæis*; vel non discreparent circa עקרים seu fundamenta, & schismatum potiùs quàm hæreseων nomen mererentur, quales erant Sectæ *Hilleliſtarum* & *Schammaitarum*; vel ad priores referri facilè possint, uti *Karræi* & *Baithosæi* à plerisque ad Sadducæos; *Rabbanistæ* ad Pharisæos; *Sampsæi* ad Essæos reducuntur. Sit itaqve ξὺν θεῷ παλάμα

SECTIO

SECTIO PRIMA

DE PHARISÆIS.

ASSERTIO I.

Phariſæi à פרש *dicuntur* פרושים Separati, *quod ſe* מדרך עולם *ſeu à communi vitæ conſuetudine ſeparârent.*

TH. 1. Unde Phariſæi dicantur, diverſæ occurrunt diverſorum opiniones. Et quidem à פרץ *diviſit*, quam eſſe D. Hieron. ſententiam teſtatur B. Chemnitius *Harmon. Evang. l. c.* cùm nomen per ש ſcribatur, eos non appellari, cuilibet facillimè apparet.

TH. 2. Certum פרושים dici à radice פרש: quæ verò ſit ratio Etymi, dubium adhuc eſt; cum radix duo poſſit ſuſtinere ſignificata & exponi vel per *explicavit* vel per *ſegregavit.* Non deſunt itaque qui *Phariſæos* dici quaſi פורשים *Explanatores* ſeu *Legis Interpretes* exiſtimant, quod non ut Sadducæi τῷ ῥητῷ contenti eſſent, ſed amplecterentur ſapientum προσθήκας & adderent textui propria gloſſemata. Verum obſtat (1.) quod Legis interpretes non dicantur פורשים, ſed מפרשים (2.) quod Phariſæi in Scriptis Talmudicis & Rabbinicis non vocentur פורשים ſed פרושים ex forma *Paul.* (3.) Quid quod & Sadducæi eſſent מפרשים *Interpretes S. Sc.* ſc. literales, adeoque hoc nomen diacriticum haud fuiſſet.

TH. 3. Excipere tamen hoc loco hujus ſententiæ patroni poſſent, formam *Paul* paſſivam non-

nun-

Digitized by Google

nunquam activam habere significationem. Vid. B. Glassius *Phil. Sacr. P. 2. p. 412.* Qvicquid verò sit & aliàs fieri queat, spectandus hic est usus dicendi magister, qui si hanc litem peroret, פרוש vel פריש pro interprete non sumi certum est. Conf. Jun. *not. ad Marc. VII. v. 3.*

Th. 4. Quare nos existimamus פרושים, פרישין Φαρισαίους denotare homines ἀφωρισμένους, sese à communi plebe vel vulgo separantes. Ita enim in explicatione hujus vocis *Baal Aruch* inquit: פרוש הוא שפירש עצמו מכל טומאה ומן מאכל טמא ועם הארץ שאינו מדקדק במאכל h. e. *Pharisæus est, qui separat seipsum ab omni immunditia, & ab omni cibo immundo, & à populo terræ* (plebejis) *qui non habet accuratam rationem ciborum.* Idem affirmat Elias Germanus *in Tisbi suo.* Habemus præter Judæos ἐμοψήφους Buxtorf. *l. c.* L' Empereur *Not. ad Itin. Benj. p. 147.* Füllerum *Miscell. l. 2. c. 3. p. 158.* Hotting. *Thesaur. Phil. l. 1. c. 1. Sect. 5. p. 26.* & alios.

Th. 5. Alias Pharisæi etiam חכמים sapientes κατ' ἐξοχὴν (Josepho σοφισταὶ) dicti sunt. Joh. Coch, Bremensis, *Exc. Gemar. Sanh. pag. 169.* ex *Chronico regum sub templo secundo* notat eos antè חכמים *Sapientes* dictos, & tempore demum Jannæi Alexandri, fratris Aristobuli, filii Hyrcani, פרושי cognominatos esse.

Assertio II.

Ex Chasidæorum κακοζηλία Pharisæorum esse ortam hæresin Scaligero concedimus.

Th. 1.

THE. 1. Origo Phariſæorum ſatis obſcura eſt in diverſum abeuntibus authoribus: Vid. Druſius *lib. 2. de ſectis Jud. cap. 7. ſeqq.* Aliis proles *Nazir æorum*, aliis *Chaſſæis* ſucceſſiſſe dicuntur. Chaſidæi fuerunt dicti, qui poſt Maccabæorum bella rebus Judæorum in paulò meliorem ſtatum converſis, ſibi ipſis præſcripſerunt quasdam exactioris diſciplinæ regulas, & horum ſimias fuiſſe Phariſæos, non abſurdè exiſtimat Scaliger *in Elench. Trithem. c. 22.*

THE. 2. Quo tempore porrò hæc ſecta cœperit, definire non licet. Certum eſt eam ab exceſſu Prophetarum ortam eſſe: Nam ipſorum tempore ſectas fuiſſe nullas erudite demonſtrat Cunæus *de Rep. Ebr. l. 2.c. 17. p. 256.*

THE. 3. Quando autem poſt Prophetarum tempora Phariſæi orti fuerint, ut dictum, eſt *μεγα λίαν ἀπημαε.* Non multò juniores fuiſſe eos Sadducæis aſſerit Caſaub. *contra Baron. p. 56.* Hos autem annis ante Chriſtum bene multis exti tiſſe certum eſt. Antigonum enim Sochæum, cujus diſcipulus Zadok Sectæ autor fuit, trecentis annis Salvatoris nativitatem antevertiſſe ferunt. Joſephus *l. 13. Antiqu. c. 9.* teſtis eſt Phariſæos & Sadducæos temporibus Jonathæ Aſmonæi fuiſſe, annis nim. ante *χειροτονίαν* minimum 140. Placet quoque adſcribere verba Sebaſtiani Münſteri, ſi cui placeat ipſi in re tàm dubia fuum addere calculum *Annot. ad Evang. Matth. c. 3. v. 8. p. 139. Non ſatis conſtat*, inquit, *quando & quamdiu ante Chriſtum natum exortæ fuerint hæ ſectæ,*

secta, nisi quod apud Josippum Josephi abbreviatorem legimus utramque sectam tempore Hyrcani, & Alexandri regum Israël, b. e. centum fere annis ante Christi incarnationem plurimos in suam traxisse opinionem, & qualibet secta contendebat Regem in suam inclinare partem, ut tempore Alexandri res in cruentum bellum abierit, faventerege Sadducæis contra Pharisæos, qui vulgi favorem obtinuerant, & pro sapientibus Judææ sese venditabant: Sectam autem Sadducæorum plusquam Vatiniano perseque batur odio.

Assertio III.

Ex Pharisæorum dogmatibus cumprimis notari possunt (1.) Sub Religionis prætextu probata ἀσφάλεια. (2.) Piorum μετανάστασις. (3.) Traditionum adserta authoritas.

Thes. Quod ad ἀσφάλειαν, fciendum Phariſæos authores hominibus fuiſſe, ut res & facultates ſuas devoverent Gazophylacio ſacro, & poſteà non permiſiſſe, ut aliquis ex opibus ſuis parentibus ſenio confectis ac egentibus ſubveniret. Hujus ἀσφαλείας documenta ex ipſis pandectis Talmudicis produxit Johan. Coccejus *Excerpt. Gem. Sanh. p. 273.* his verbis: Exſtant facrilegi hujus dogmatis certa ſatis indicia. *Cod. Nedarim cap. XI. §. 4.* ſic ſcribitur: קונם שאיני עושה על פי אבא ואף אבוך וכו' אינו יכול להפר quæ verba ſic explicat Maimonides in Commentario: שכל מי שאשבעך לא יאכל ממנו אבא מאומה וכו' שלא יתן בן i.e. *Quod quicquid paravero, ex illo*

Digitized by Google

non comedat pater meus quicquam, id est, *quod utilitatem inde non percipiet.* R. Nisim plenius: כל מדם שאני עושה לפני אבא קרבן מינחה יקרבן קונם (Ne.) אינו יכול לוהנר Synonymum & κοβᾶν, quod est δῶρον eod. tract. c. 1. §. 2.) *quodcunq; paro, ejso patri meo velut sacra oblatio. Qui sic vovet, non potest irritum facere hoc votum.* Ita in Caph Nachat: הקדש ירא כל מה שאני עושה מלבוא על פי אבא i. e. *Sacrum erit, quicquid paravero in futurum, quantum ad eos patris.* Senfus eft: uti re facra, ita bonis meis interdictum patri efto. Ratio, quare hoc votum irritum facere non poffit, hæc eft, quia אין בו עינוי נפש *non eft in eo afflictio animæ.* Nam Pater aliunde vivere poteft. Hinc eft quod quidam שניהן אבון מורר וימכו הנאתן *qui voto fe obftrinxerat, ne pater ex fe utilitatem caperet*, egente patre dolum hunc excogitavit, ut filio bona fua deferret, ea conditione, ut epulas inftrueret, adqve eas patrem invitaret, *eod. cod. V. §. 6.* Huc usqve ille. Hinc videre eft, quid Salvator noſter innuat *Matt. XV. v. 6. 7. Marc. VII. v. 11. 12. 13.* Conf. B. Schmidius *Not. ad h. l. p. 228.* Jun. & Tremell. *not. ad h. l.* Jof. Scal. *Elench. Trihær. c. 9.* Joh. Druſius *l. 2. c. 17. p. 110.* Ludovicus de Dieu *ad Matt. XV. p. 65.* Andr. Maſius *in Jof. cap. 6. p. 111.* Hotting *Theſ. Philol. l. 1. c. 1. §. 7. p. 31.*

TH. 2. Quod ad μετεμψύχωσιν, communis *Cabbaliſtarum* opinio eſt, teſte Manaſſe Ben Iſraël *de Reſur. Mort. l. 2. c. 18. p. 214.* animas ex uno corpore

pore in aliud transmigrare. Hinc movet dubium Manasse: *Si una anima ex opimione Cabbalistarum, qua transmigrationem animarum statuunt, informat varia ac diversa corpora, omniane corpora sint resurrectura? Si non omnia, quæ ejusdem sint resurrectura?* Quod solvit deinde ex Zohar *p. 217.* Hanc μετεμψύχωσιν seu transanimationem etiam crediderunt Pharisæi, in eo tamen discrepantes à Cabbalistis, quod hi etiam impiorum, illi tantum piorum animas transmigrare dicerent. Vid. Theod. Hakspan. *ad lib. Nizzachon. p. 172.* Et huc respici, vero non est absimile, *Matth. XIV. v. 2. Cap. XVI. v. 14.*

Tit. 3. Denique Pharisæi uti & hodie omnes Judæi, qvi fere sunt Rabbinistæ & Pharisæorum proles, distinguebant inter Legem שבכתב *Scriptam* & שבעל־פה *Oralem*, seu Oretenus traditam; priori nomine S. Scripturam, posteriori ἀγράφους sapientum & glossemata sua designantes, de qvibus conf. Josephum *l. 13. de Antiq. c. 18.* Traditiones illas pari veneratione cum S. Scriptura recipiendas esse affirmabant. Pertinet hùc intolerabilis vox Talmudistarum *Schabbath. f. 3.* כל דבריהם דברי אלהים חיים וגו׳ *Omnia verba illorum* (sapientum seu Rabbinorum) *sunt ipsissima DEI viventis verba, nullumque eorum frustra in terram cecidit.* Sic & illa Rabbinica: בני חזהר בדברי סופרים יותר מדברי תורה *Mi fili, attende ad verba scribarum magis quam ad verba Legis.* Hinc Pharisæi justam incurrebant Salvatoris reprehensionem *Marc. VII. v. 9.*

TH. 4. Alia tamen Phariſæorum dogmata adhuc erant, ut qvod libero arbitrio hominis tribuebant ἀλλαφοείαν ad utrumqve oppoſitorum, præmia ſtatuebant futura ex merito bonorum operum, de qvibus & ſimilibus plura pernôſſe cui volupe fuerit, adeat Joſephum *de Antiq. Lib. 17. cap. 3. & l. 18. cap. 2. & de bello Jud. l. 12. c. 2.* Joh. Druſium *de tribus Sectis l. 2. c. 14. & 15.* Carol. Sigonium *de Rep. Ebr. l. 3. c. 11.*

ASSERTIO IV.

Phariſæi peſſimi fuerunt hypocritæ.

TH. 1. Ὀφθαλμοδουλεία & ἐθελοθρησκεία ipſorum exinde ſatis apparet, qvod eleemoſynas erogaturi, buccina ante ſe cani curarent, qvo ſic populi applauſum aſſeqverentur; Sic oraturi ſtabant in compitis & qvadriviis platearum, ubi freqveus erat populi concurſus, ut laudarentur à vulgo: jejunantes pullis induebantur veſtibus (qvod Syrus innuit) & nativum faciei colorem vitiabant, ut ea appareret macra & pallida: In lotione planè erant ſuperſtitioſi, eamqve ſub religionis ſpecie urgebant: Præ nimia ſanctitate cum peccatoribus & comedere & converſari detrectabant: dormituri ſibi nonnunqvam aſſeres vix ſpithamæ aut palmi latitudinem habentes ſupponebant, quo altius obdormiſcentes deciderent & ad cultum divinum vigilantes audirent: qvidam eorum vino & carne abſtinebant, ut legere eſt *in Bava Batra f. 60.* Sabbathi obſervationē adeo rigidam exigebant, ut nullam admitterent neceſſitatis vel charitatis exceptionē, qvò pro legis aſſertoribꝰ haberentur

Zizit

Zizit ſive qvatuor ilas lacinias vel fimbrias ātrorſum & retrorſum dependentes nec non *Tephillim* ſeu lora coriaceaprecatoria(Græcè Φυλακτήρια) majora & latiora efficiebant:Decimas ex rebus etiam minutiſſimis minthâ, anetho, rutâ ,cymino perſolvebant gloriam inde apud vulgum unicè captantes : Sepulchra defunctorum Prophetarum magnificè & ſplendidiſſime exornabant & ſimilia multa faciebant πρὸς τὸ θεαθῆναι & inde πρωτοκλισίας titulosqve affectabant. Vid. hic cumprimis D. Wolfg. Franzius ☞ *de Interpret. S. Scripturæ Oraculo 137. p. 1302.* B. D. Meiſnerus *in Med. Sacris p. 431.* Joh. Drulius *l. c. l. 2. c. 15.* Baronius *Tom. I. Annal. p. 13.* Et hinc ipſorum hypocriſin ſacra Scriptura N. T. tam multis in locis redarguit, vid. *Matth. VI. v. 2. 5. 16. Marc. VII. v. 4. Matth. IX. v. 10. Cap. XII. v. 2. c. XVII. 5. 23. Luc. VI. v. 7. &c.*

TH. 2. Ex Phariſæis tamen qvosdam frugi vel ſaltem non omnes æqvè neqvam fuiſſe haud obſcurè colligere licet ex eô, quod Talmudiſtæ diſtingvunt inter Phariſæum verum & ſimulatum ſeu hypocritam, cujusmodi erant: שמראיתם לא כתולדותם h. e. *Qvorum externus aſpectus non conveniebat cum interna natura*, vid. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1853.*

ASSERTIO V.

Phariſæi primo ſatis honorati, paulatim ludicris nominibus â populo impetiti ſunt.

TH. 1. Autoritas ipſorum magna qvondam erat, ex ſimulata nimirum vitæ ſanctimonia &

hypocrisi. Hinc Josephus eorum sæpius καὶ ἐυθυμίαν meminit, & Paulus, cum Judæus esset eorum tanquam ἀκριβεστέραν elegit αἵρεσιν *Act. XXVI. 5.* Hinc eis tanta crevit potentia, ut subsidio populi freti sese Regibus aut summo Pontifici attestante Josepho *de Antiq. Lib. 17. c. 3. & l. 13. c. 3.* opponere eisque contradicere non verentur. Conf. Hotting. *Thes. Philol. p. 27.*

TH. 2. Sed ob nimis manifestam hypocrisin temporis progressu septem nacti sunt ludicra nomina, quæ diserte verbis apud Talmudicos *Libro* סוטה *fol. 22. 2.* leguntur (1.) פְּרוּשׁ שְׁכְמִי *Pharisæus Sichemita*, Gersoni Ehrgeitzig. Vocabantur autem ita quod imitarentur *Sichemitas*, de qvibus (*Genes. 34.*) legitur, qvod circumcisionem admiserint, non in gratiam DEI, sed propter Israëlitas & lucrandi causa: Sic & hi coloratas suas actiones eo dirigebant, ut iisdem laudem ac favorem plebis sibi lucrarentur. (2.) פְּרוּשׁ קִפְּצִי *Pharisæus impingens*: Dicebantur ita Pharisæi qvasi reptantes, Gersoni Schleicher, qvod nimiæ humilitatis specie pedes suos inincessu non elevarent, sed reptantes qvasi, eosdem facile ad lapides obvios & obstacula alliderent. (3.) פְּרוּשׁ קוֹנְאִי i. e. הַמְּקַיֵּם דִּבְרֵי חֲכָמִים *venam secans ad pariter*: Ejusmodi *Pharisæi cuentientes*, Blindschleicher oder Blindreusche dicti sunt, quia obviam habentes virgines ex inani castitate clausis fermè ac conniventibus oculis incedebant, ac ne obvias mulieres ac virgines adspicerent & impuris afficerentur affectibus,

Digitized by Google

tibus, occurſabant ad parietes ac frontem alliſam cruentam ſæpe ac fauciam reddebant. (4.) פְּרוּשׁ מִדְּבְרֵי־ *Inſtar piſtilli depreſſus.* Hi incurvati (Gerſoni Krümmlinge) nominabantur, quia capite & dorſo verſus terram inclinato quaſi duplicati incedebant. (5.) פְּרוּשׁ מַה הוּכְרַי וְאַשְׁעֶרֶת *Quodnam eſt debitum meum & faciam illud?* Hi *Pharisæi*, Schuldener oder Frager vocati ſunt; Thraſonicum verè genus Phariſæorum, & operarii ſuperabundantes erant: quia non tantùm Legis obſervantiam exactam & perfectiſſimam, ſed etiam mantiſſam & opera ſupererogationis de ſe jactitabant. (6.) פְּרוּשׁ אֹהֲבֵי־ *Phariſæus ex amore:* Hi *amantes præmii* Soldlieb vocabantur, quia Legem non ex amore Domini & honore Legis, ſed ſpe præmii Legis divinæ obſervatoribus promiſſi obſervabant, (7.) פְּרוּשׁ מִיִּרְאָה *Phariſæus ex timore:* Hi *timentes pœnarum*, Strafflüchtige audiebant, qvia legem obſervabant formidine pœnæ, quam Deus Legis neglectoribus ac transgreſſoribus minatur ac infligit. De his plura vid. apud. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1852.* Hotting. *Theſ. Phil. l. 1. c. 1. p. 28.* Gerſonem *Talmud. l. 1. p. 20.* Druf. *de Sectis Jud. l. 2. c. 22.*

SECTIO SECUNDA,
DE SADDUCÆIS.

Assertio I.

Sadducæi ita à primo Sectæ authore Zadok appellati fuerunt.

TH. 1. Non pauci sunt quibus à צדק justitia, immediatè Sadducæi dicti videntur. Ita Lyranus *ad Acta c. 5. Dicuntur autem Sadducæi à Sadoch, quod est justitia in Hebræo, nam Sadducæi inter alios Judæos erant in judiciis & punitionibus acerrimi, ut dicitur in Scholastica Historia: propterea sibi nomen Justitiæ usurpabant.* Sic & Matth. Flacius Illyricus *Clav. S. Scripturæ P. I. p. 1064.* Sadducæos magnificum hoc sibi nomen à צדיקים impositum fuisse affirmat, ac ideo nomine צדיקים seu justitiariorum gavisos fuisse, quia præ cæteris solam legem Mosaicam quoad literam sive literalem sensum seqvebantur, & sic nimis severe sibi justitiam sectari videbantur, cum tamen omnium, ut addit, essent scelestissimi. Eandem sententiam fovent qvidam ex Patribus & Richard. Montacutius *Analect. Exerc. 2. sect. 2.*

TH. 2. Rectius statuimus eos ab authore Sectæ suæ nomen accepisse. Nec enim verisimile est eos, qui plebi ob dissolutam vitam exosi erant, vulgo צדיקים vel Zaddikæos appellatos fuisse. R. Abraham Zacuth *in Juchasin p. 139.* de iis refert שהם רשעים ובעלי מדות רעות *qvod fuerint impii & pessimis moribus præditi.* Deinde nobis adstipulatur veritas historica, cum unanimi consensu authores testentur, eos ab Antigoni Sochæi discipulo Sadoko Sectam accepisse, vid. hic B. Chemnitius *Harm. Evang. p. 162.* Jun. *ad Matt. c. XXII. v. 23.* Hakspan. *l. c. p. 232.* Buxtorf. *Lex. Talm. 1890.* Hotting. *Thes. Philol. p. 35.* Menasse Ben-Israël *l. 1. p. 42.* & alii.

TH. 3.

Digitized by Google

Th. 3. Habuerunt autem Sadducæi & alia nomina. Cum enim reliftis traditionibus solam Scripturam reciperent, inde קראים *Karræi seu Scripturarii* dicti fuerunt, vid. Dn. D. Müller. *Judaism. p. 68.* Buxtorf. *Lex. Talm. p. 2112.* & Hotting. *Thes. Phil. l. c. p. 40.* Et licet Scaliger *adv. Serar. p. 318.* velit Karræorum nomen prius innotuisse, reclamat tamen ipfi historia hujus Sectæ, & ex qvamplurimis teftimoniis patet hæc nomina apud antiqviffimos authores promiscue usurpata esse. Porrò Sadducæi καθ' ἐξοχὴν etiam מינים seu *Hæretici* & ob negatam resurrectionem & providentiam divinam, ut & diffolutam vitam *Epicurei* appellati sunt. Conf. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1090.* Fullerus *Miscell. l. 2. c. 3. p. 156.* Hotting. *l. c. p. 37.*

Assertio II.

Sadducæi nec cum Samaritanis, nec cum Baithosæis, nec cum posterioribus Karræis temerè confundendi sunt.

Th. 1. De *Samaritanis* fuse egit Hottingerus *Exerc. Anti Morinianis.* Qvod hi cum Sadducæis iidem non fuerint, licet cum illis à multis confundantur, inde patet (1.) qvod Samaritani solam legem receperunt, Sadducæi totam Scripturam. (2.) qvod Samaritani resurrectionem mortuorum non negarunt, qvam pernegarunt Sadducæi. Vid. Hotting. *l. c. §. 15.*

Th. 2. Qvod ad *Baithosæos*, fciendum duos fuisse Antigoni discipulos, *Sadocum & Baithosum*, qvi sectarii facti fuerunt. Putant nonnulli Bai-

thoſæos & Sadducæos eandem ſectam conſtituiſſe, eam autem a ſolo Zadok appellatam eſſe, eò quod Baithos ſpurius eſſet. Nullum verò Baithoſum fuiſſe, fruſtra contendit Fullerus *Miſc. l. 2. c. 3. p. 156.* contra ſatis evidentia teſtimonia, Ebræorum, qui ejus ſubinde meminerunt, uti Maimonides *in Avot. c. 1. & Cholin c. 1.* quem citat Elias rad. בין Conf. R. Azarias *in Meor Enaim p. 32.* R. Gedalias *in Schalſchelet Hakk. p. 104.* R. Jehuda *in Coſri p. 29.* Zadok & Baithos vocat שורש הצדוקים *hæreſiarchas*. Nec obſtat Joſephum tres modò enumerare ſectas, cum ipſi principes tantummodò recenſere animus fuerit. Nos licet Baithoſum in plerisque cum Zadoco conveniſſe, etiam Sadducæos à ſcriptoribus cum Baithoſæis ſæpius confundi non difficeamur, Baithoſæos tamen Sadducæis in omnibus *ουσιωδως* Dæc fuiſſe non putamus. R. Gedalias *l. c.* ait: וראיתי כי הצדוקים והבייתוסין הם בן בניהם ותצדוקים יותר רעים ובלתי מאמינים *Deprehendi Sadducæos & Baithoſæos eſſe duas ſectas, Sadducæos autem longe pejores, imò plane infideles fuiſſe.* Et R. Afarias teſtatur nullibi ſe reperiſſe, quod Baithoſæi inficiati ſint mortuorum reſurrectionem. Vid. Druſius *de 3. Sect. c. 4.* Hotting. *l. c. p. 37.*

Th. 3. *Karraï* ita dicti ſunt quaſi Scripturiſtæ, Textuales, Bibliſtæ: eò quod ſoli adhæſerint textui, neglectis traditionibus ſapientum. Diſtingui poſſunt in veteres & recentiores; quod ad hos, promiſcuè cum Sadducæis confundi non debent, cum credant reſurectionem & præmia poſt

post hanc vitam secùs ac fecerunt Sadducæi, vid. hic Hakspan. *l. c. p. 249.* Buxtorf. *Lex. Talm. R.* קראים. Rationem autem, cur progressu temporis à Sadducæis secesserint Karræi, rectè videtur exponere Hottingerus *l. c. p. 41. Quia absq; magno periculo resurrectionem publicè negare inter Judæos non licuit, ac proinde sententia illa paucos nacta patronos, probabile est multos à Sadducæis defeciisse, uno hoc communi cum iis retento dogmate, quod Pharisaicas traditiones rejicerent.* Et hujusmodi Karræos hodienum dari & immani à reliqvis Judæis odio premi, haud obscuri authores passim testantur.

Assertio III.

Sadoc ex male intellecto dicto Præceptoris Antigoni Sectam suam inchoavit.

Th. 1. Sadoc Antigoni Sochæi discipulus & Baithosi condiscipulus fuit. Vid. Gerson *in Talm. p. 10.* Buxtorf. *L. T. p. 2115.* Menasse Ben-Israël *de res. mort. p. 42.* Hotting. *Thes. Phil. L 1. c. 1. p. 75.*

Th. 2. Ab Antigono in bono sensu dictum, Sadoc in seqviorem interpretatus est partem, & inde Sectæ autor fuit. Proverbium autem ab Antigono prolatum citante Menasse Ben-Israël *de resurrect. mort. p. 41. ex Pirke Avoth* hujusmodi fuit: אל תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס אלא הוו כעבדים המשמשין את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהי מורא שמים עליכם i. e. *Ne estote similes servis, qvi serviunt Domi-*

Domino mercedis gratia: Sed illis, qvi absqve spe & expectatione mercedis Domini jussa exequuntur, & timor Creatoris vestri sit in vobis. Ubi scopus Antigoni fuit, ostendere præcepta propter se esse servanda: virtutem sui gratia esse excolendam: Deo ex solo amore esse serviendum sine spe remunerationis temporalis. Hanc sententiam homo ille improbus & rerum novarum cupidus Sadoc in malum detorsit sensum & sic pestiferi Sadducæorum dogmatis antesignanus extitit, id qvod tum Christianorum tum Judæorum testimonia magno consensu evincunt. Vid. D. Müllerus *Jud. p. 67.* Hakspan. *p. 232.* Tremell. *ad Matth. XXII. v. 23.* Gerson *l. c.* Menasse Ben-Israel *de Res. mort. l. 1. c. 6. p. 41.* Buxtorf. *Lex. Talm. p. 303.* Hotting. *p. 35.*

ASSERTIO IV.

Ex dogmatibus Sadducæorum maximè detestanda illa, qvibus negarunt (1.) Immortalitatem animæ, resurrectionem mortuorum & vitam æternam, (2.) Existentiam Angelorum, & (3.) Providentiam divinam.

TH. 1. De dogmatibus Sadducæorum fusius egerunt Josephus *l. 2. de bello Jud. c. 12. & alibi*, Scaliger *Elench. Trihær. c. 16.* Drusius *de tribus Sect. l. 3. c. 12.* Frid. Spanhemius *Dub. Evang. p. 111.* Nos breviter enormiores tres errores exponemus.

TH. 2. Immortalitatem animæ, resurrectionem mortuorum & vitam æternam, cognata dogmata, negasse illos ostendunt Dn. D. Müllerus

lerus *l.c. p. 78.* Hakspan. *l. c. p. 235. 239.* Hottingerus *l.c. p. 36.* Non quod legem quoad diserta pacta nil supra hujus vitæ bona promittere viderent, qvæ est opinio Hug. Grotii *de ver. Relig. Chr. l. 2.* nec qvod S. Sa illa dogmata non satis clarè tradiderit, ut ait Socinus *Ep. 5. ad Radecium:* sed ex malè intellecta mente Præceptoris. Ex professo autem Sadducæorum rationes aggressi sunt ex Judæis *R. Lipman*, insensissimus Christi oppugnator, in *libro Nizzachon* seu *Victoria*, qvem Judæis extorsum edidit Ct. Theod. Hakspanius, & Menasse Ben-Israël, *l. 1. de Resurrectorum.* Dogmatis pestilentissimi mentio etiam fit *Matt. XXII. v. 23. Act. XXIII. v. 8.*

Th. 3. Qvod Angelos negârint, *Menasse Ben-Israël* non placet. Verba ejus *p. 43.* hæc sunt: *De eo, qvod dicuntur negasse Spiritus, non disputo. Sanè, ut multi putant, sic sequeretur eos negasse legem Mosaicam, qvæ variis in locis Angelorum mentionem facit; præterea certum est, eos non negasse libroru*m *Prophetic*orum *authoritatem, ut ex Talmudè liquet.* Sed multa videmus negari, qvæ ex sacra Scriptura satis dilucide probari possunt. Qvasi non etiam Sadducæi resurrectionem negarint, & testimonia Scripturæ evidentissima glossematis suis interpolare, attentârint fatente & recensente ipso Menasse *l. c. p. 37.* An propterea testimonia S. Sæ V. T., qvam totam receperunt Sadducæi, de mortuorum resurrectione & de חיי העולם הבא seu vita æterna non manent evidentia? Hæc reponimus ad rationem

Me-

Menasſis. Certè etiam Joſ. Scaliger cum in *Elencho Trihæreſi* qvæſiviſſet, qva fronte Sadducæi ii potuerint angelos negare, qvorum tamen diſertè meminit S. Scriptura? Reſpondet ſibi: *Hoc fateor me ignorare.* Sed qvid opus tergiverſatione? An non ea eſt indoles omnium hæreticorum, ut ſemel arrepta mordicus teneant, licet vel infera ſuperis ſint miſcenda, qvod ſuo exemplo *Phorinianï* comprobant: & hinc adeo non mirandum eſt Sadducæos ex male intellecta mente Præceptoris arreptam falſam ſententiam deinde contra evidentia teſtimonia effronti audacia defendiſſe.

TH. 4. Denique Sadducæi providentiam divinam negarunt, qvod colligi poteſt ex verbis Joſephi *de bello Jud. l. 2. c. 6. Fatum omninò negant, & Deum extra omnem mali patrationem & inſpectionem conſtituunt.* Idem de iis referunt Abr. Zacut *in Juchaſin p. 139.* & Anton. Giggeius *in Theſ. Arab. p. 135.* Unde hoc nomine etiam ipſis Muhammedanis exoſi ſunt, in jure enim ipſorum hic extat Canon: וקתקל אלזנדיק ולא תקבר תובתו *Occidatur Sadducæus & non accipiatur pro eo pœnitentia.* Vid. Hotting. *Hiſtor. Orient. l. 1. c. 8. p. 189.* Diſcrepârunt à Phariſæis etiam in externis cæremoniis, nec non Sæ exegeſi, qua de re conf. R. Lipman *in Nizz. p. 59. & 89. 95. 96.* Aben Eſra paſſim, Maimon. *More Nevochim l. 3. c. 40.* Druſius *p. 130.* Gerſon. *P. I. c. 3.* & alii.

Assertio V.

Sadducæi non ſolam legem, ſed etiam Prophetas atqve Hagiographa receperunt.

Th. 1. Qvod aſſerunt qvidam Sadducæos ſolam Legem pro authentica habuiſſe, inde eſt, qvod cum Samaritanis vulgo confunduntur. Qvantum conſtat ex Pandectis Talmudicis, tantum abeſt ut rejecerint Hagiographorum & Prophetarum authoritatem, ut potius in depromtis inde teſtimoniis ſalvandis mirum in modum ſeſe torſerint. Nam in *Sanhedr. c. 11.* חלק reſpondent ad loca ex Pſalmis, Eſaia & Ezechiele objecta. Ad hæc vero & ſimilia non reſpondiſſent, ſi libros tales pro canonicis non habuiſſent. Reſponderi qvidem poſſit eos ad hujusmodi loca ex metu reſpondiſſe, cum S. Sæ authoritatem publicè negare non auderent. Sed nec reſurrectionem mortuorum vel vitam æternam, præcipuè Phariſæis præ ipſis florentibus, publicè negare auſi ſunt, utut neutrum horum crederent, & tamen hic error eorum hominibus incognitus non fuit, ſed iis ſæpiſſimè exprobratus: qvidni etjam alicubi ab Ebræis commemorata eſſet impietas illa, qvod ſacri Codicis authoritatem ex parte in dubium vocarent? Et cur tantum facinus reticeret Joſephus? & cur ſacra pagina Nov. T. Nec obſtat Salvatorem ex ſola lege cum ipſis diſputâſſe: nam unde probabitur qvod non etiam qvandoqve ex Prophetis & aliunde, cum proculdubio plures cum iis conflictus habuerit, qvam hiſtoria ſacra recenſet? Ex lege verò impri-

imprimis cum illis agere voluit, qvod illa populo notior eſſet. V. Hakſpan. *l. c. p. 229.* Frid. Spanhemius *Dub: Evang. P. III.*

TH. 2. Phariſæorum tamen gloſſemata & παραδόσεις ſolo τῷ ῥητῷ ſive ſenſu Scripturæ literali contenti rejiciebant atqve hinc â Rabbiniſtis paſſim exagitabantur. Vid. Coccejus *Excerpt. Gem. Sanhedrin. p. 58.* Schickard בּה *p. 143.*

SECTIO TERTIA,

DE ESSÆIS.

ASSERTIO I.

Eſſæorum certum Etymon dari neqvit.

TH. 1. Cum Eſſæorum hiſtoria Evangelica non faciat mentionem, breviores hic ducemus lineas. De Etymo tot ſunt ſententiæ, qvot capita. *Nicolaus Serarius in Tribæreſio* duodecim recenſet opiniones. Verum cum Orthographiam hujus vocis in lingva originali ignoremus (non diſſimulantibus id Rabbinis) in nulla ſimpliciter acqvieſcere poſſumus. Breviter tamen varias authorum adſcribemus ſententias, ut benevolo lectori integrum ſit eligere maximè probabilem.

TH. 2. *Chryſoſtomus* & *Philo* (teſtante Füllero) Eſſæos deducunt à voce Græca ὅσιος. *Epiphanio* derivantur vel à JESSE Patre Davidis qvaſi Ἰεσσαῖοι vel à nomine *JESU*. *Nicolaus Füllerus* circa Eſſæorum Etymologiam cumprimis curioſus, ſibi ipſi tamen non ſatis conſtat. Jam ipſi

ipsi placet deducere vocem ab אסא *sanando*, cum à Philone θεραπευταὶ dicantur, *l. 1. c. 3. p. 30.* mox arridet originatio ex חסיא vel חסוי *Sanctus* nomine ex חסיד decurtato *pag. 35.* mox à חָסָה *recepit se ad latibula*, *l. 4. c. 3. Josephus Scaliger* Essæos dictos existimat vel ab authore Sectæ, vel à חשאי *siluit* quasi חשאי quod seforsim à ἀτρεπτω remoti vixerint; vel à חשאי quod *stoream* notat, quasi χαμαιευνᾶς, *in Trihæresio c. 16.* Sed cum ignota sit Orthographia, uti dictum, difficile est judicare de Etymologia.

Th. 3. Christianus Gerson im Jüdenſpiegel *p. 3.* existimat Essæos dici à Talmuditis חשוליים. Sed per illos חשוליים ego potius intelligerem Sadducæos, cum resurrectionem mortuorum & providentiam divinam in dubium vocârint, quorum neutrum negârunt Essæi.

Assertio II.

Essæi nec cum Naziræis, nec cum Pharisæis, nec cum Karræis, nec cum Baithosiis eadem fuerunt.

Th. 1. *Nazirei* cultus divini ergò certo sese quodam obstrinxerunt voto; hinc, cum itidem certam sibi vivendi rationem præscriberent, cum illis *in libro Juchasin* confunduntur Essæi: sed malè, ut ostendit Joh. Drusius *de tribus Sect. l. 4. c. 14.*

Th. 2. Cum *Pharisæis* Essæos confundit Fullerus *l. 2. c. 3.* eos etiam Pharisæis ipsis Φαρισαιοτατους fuisse asserens. Et cum quæsiviſſet, qvi fiat, qvod in historia Evangelica Essæorum nulla injiciatur mentio, subdit: *At, ſi qvis eos ibi*

contenderit Phariſæorum nomine comprehenſos, non magnopere pugnabo. Etenim quamvis non dicerentur Phariſæi, re tamen ipſa certè Phariſæi erant. Sed cùm Flav. Joſephus diſertè Phariſæos ab Eſſæis diſtinguat (qvi tamen profitetur ſe magno ſtudio in Sectas Judæorum inqviſivisſe) & Fullerus ſententiæ ſuæ rationes prægnantes non addat, ipſi adſtipulari non poſſumus. Qvod eorum autem Sacræ Hiſtoria N. T. non facit mentionem, cauſſam exiſtimamus eſſe, qvia in occulto latentes Chriſto negotium non faceſſebant.

THE. 3. Idem Fullerus Eſſæos cum *Baithoſæis* eosdem planè eſſe affirmat. In hanc enim ſententiam ita ſcribit *lib. 2. c. 3. Neqve alii ſunt* בתוסים (ſi propius inſpicias) *qvam* בית אוסאים *deinde frequenti uſu duabus vocibus in unam coaleſcentibus* בתיכוסים i. e. *Familia Eſſæorum vel Sanatorum.* Idem aſſerit Menaſſe Ben-Iſraël & R. Aſarias *in Meor Enayim p. 33.* Nos non negamus qvidem, nomine בוית Sectam nonnunqvam indicari poſſe, (nam בית הלל *Hillelian* & בית שמאי *Schammaitæ* dicti fuerunt) an vero hic loci id fiat, disqvirimus. Certè cum lucuſſentiſſima exſtent Ebræorum teſtimonia, *Baithoſæos* dictos eſſe à *Baithoſo* Antigoni Sochæi diſcipulo, Fulleri criſis locum habere neqvit. Qvod vero ad Manaſſen Ben-Iſraël, manifeſtam is commiſit *ἀλλοιόγιαν*. Nam alibi Baithoſum à Præceptore deficiſſe & ſectarium factum eſſe aſſerit, at *l. de reſur. mort. c. 6.* Baithoſæos qvaſi בות

בורית אוסאי dictos affirmat. Conf. *Centur. Miscel. Theolog.* D. Waltheri & *μαχαιρίτ8 p.479.*

Th. 4. Similiter Füllerus cum *Karræis* confundit Essæos, sed iterum perperam. Nam Karræi veteres iidem erant cum Sadducæis: jam verò non potest dici Essæos cum Sadducæis eosdem fuisse (1.) cum Sadducæis contra distinguantur à Josepho. (2.) cum non possit probari eos resurrectionem mortuorum negâsse. (3.) Cum Angelos dari crediderint, qvorum & nomina observabant probante *Seldeno de DIS Syris p. 109.*

Th. 5. Absurdi autem sunt R. Abraham Zacuth *in Juchasin* & R. Gedalias *in Schalsch.Hakk. p. 104.* dum Essenorum Patriarcham faciunt Judam Galilæum, qvem cum suis Sectariis à cœteris Sectis disertè distingvit Josephus *Antiq. l. 18. c. 2.*

Assertio III.

Essæi non fuerunt Christiani.

Th. 1. *Epiphan. adv. Hær. l. 1. hær. 29.* & *Eusebius l. 2. Hist. Eccles. c. 17.* Essæos ex Judæis faciunt Christianos & θεραπεύειν exponunt de corporalium morborum sanatione instituta in nomine Jesu Christi Nazareni.

§. 2. Verum, qvalis fuerit eorum θεραπεία, exponit Philo ὡεὶ βίᾳ θεωρητικῆ his verbis: Θεραπευταὶ καὶ θεραπευτρίδες ἐτύμως καλῶνται, παρ' ὅσον ἰατρικὴν ἐπαγγέλλονται κρείσσονα, ἢ καθ' πόλεις· Ἡμὴν γὰρ σώματα θεραπεύει μόνον, ἐκείνη δὲ καὶ ψυχὰς, νόσοις κεκρατημένας χαλεπαῖς καὶ δυσιάτοις. h. e. Sanatores vel Sanatrices ratione

tione Etymi (nim. Eſſæi ab אסא) vocantur, qvatenus Medicinam profitentur præſtantiorem eâ, qvæ paſſim per urbes exercetur. Hæc enim corpora duntaxat ſanat: Illa verò animas gravibus & ſanatu difficilibus morbis affectas. Conf. D. Waltherus *l. c.* Füllerus *Miſc. l. 1. c. 3. p. 30.*

TH. 3. Qvod autem ad eorum dogmata & vitam, pauciora dicenda ſuccurrunt. Vitam ſolitariam & rigidiſſimam degebant, uti legere eſt apud Joſephum *de bello Jud. l. 1. c. 7.* & facultates ſuas in commune conferebant. Conjugia in totum averſabantur, ſine mulieribus viventes. Idem *Antiq. l. 18. c. 2.* cum nullam mulierem uni viro fidem ſervare crederent, *de bello Jud. l. c.* Sic mercimonia omnia rejiciebant & jusjurandum perjurio deterius vitabant, ibid. animas immortales qvidem credebant, neſcio tamen qvos Elyſios campos ſomniantes. Ib. Plura de iis vide ap. Joſephum, Scaligerum, Druſium, Füllerum, *locis citatis.*

EXERCITATIO V.

Qvâ deſcribitur

OBTRECTATOR APELLA,

Seu

CALUMNIARUM JUDAICARUM IN CHRISTUM SALVATOREM ET CHRISTIANOS EX SCRIPTIS PRÆCIPUE TALMUDICIS PETITA RECENSIO.

הקדמה:

הקדמוני׃

Ασπόνδε illius Judæorum in Christianos odii nec pauca nec vana in promtu sunt documenta. Qvid enim aliud sibi volunt virulentissimæ illæ preces, qvas & in Synagogis & privatim in ædibus deblaterare solent? Adducemus saltem in rei fidem precatiunculam illam, quam allegat Buxtorfius *in Synag. Jud. p. 161.* המינים כרגע יאבדו וכל אויבי עמך מהרה יכרתו ומלכות זדון תעקר ותשבר ותכניעם במהרה בימינו ברוך אתה יי׳ שובר רשעים ומכניע זדים i. e. *Infideles* (Christiani) *è vestigio pereant, omnesqve inimici populi tui celeriter exscindantur & arrogans illud imperium eradicetur, confringatur & exstirpetur; & subjice nobis eos properè in diebus nostris. Benedictus sis Domine, qvi frangis impios & deprimis superbos.* Qvos hic velint per מינים & qvid per מלכות זדון non est obscurum colligere. Nam *Christianos κατ' ἐξοχὴν* vocant *infideles* & imperium Romanum passim ab iis עשו מלכות *Regnum Esau*, מלכות ארום *Regnum Idumæum*, מלכות זדון *Regnum impium*, מלכות הרשעה *Regnum superbum* dici solet. Ut interim serpentinum suum animum aliqva ratione tegant, solent hæc & similia in impressis precum libellis plerumqve omittere, relictis tamen lacunis, qvo unusqvisqve tales flosculos in privatum usum inserere qveat. Huc accedit, qvod, qvibus possunt modiis, conversationem Christia-

Digitized by Google

onrum subterfugere solent, nisi necessitate cogantur; ubi tamen nihilominus *astutam vapido gestiant sub pectore vulpem*, ceu patet ex *Talm. P. נטרין c.4. fol.62.1.* לא יכנס אדם לבית של נטרין שלא בשעה רפה דבכובר ראשי כברי בוים תנו ויהן לו שלום מאבו בשוק נותן לו בשעה רפה דבכובר ראשי i. e. *Non ingrediatur homo in domum alienigenæ ad salutandum eum in festo ipsius; si reperiat eum in platea, salutabit eum labio laxo* (Gerson: Mit halben Maule!) *& capito depresso.* Majoris verò momenti illud est, quod Christianum fallere & defraudare, imò & occiderene peccati qvidem loco sibi ducunt, uti Christianus Gerson, conversus Judæus, ex qvibusdam testimoniis Judæorum probat *in Thalmud. P. 1. c. 24.* Conf. L'Empereur *Comm. in* מבא קמא *p. 67. 70. 71.* & Theod. Hakspan. *Tract. libro* נאחון *annexo p. 280.* Hoc idem confirmant tot infanticidia, tot cædes, qvas Christianis, ubi licuit, intulerunt. Exempla videre licet in *Fortalitio fidei l. 3.* & ap. Jobum Fincelium *de Miraculis l. 3.* Imò & ipsi crudelitatis suæ exemplia non admodum dissimulant, ceu ex libello שבט יהודה probari facillimo negotio posset. Non mirum igitur, si ἐκ τῆς παρείας τὸ ῥῆμα λαλεῖ, secundum Salvatoris effatum *Matth. 12.34.* Hinc odium illud in meras defervet calumnias. Qvæ qvidem in vulgus innotuere; à Judæis tamen partim palliantur, partim negantur. Opere pretium itaqve est, ex Pandectis Talmudicis & ipsorummet scriptis detegere eorum perfidiam, ne,

ne, ἐπανῶ φόβῳ deprehensi, sibi qvicqvam affingi conqveri possint. Faxit Deus, Feliciter!

Thesis I.

Ne verò Andabatarum more in tenebris palpemus, primò enormiores *in Salvatorem nostrum* recensebimus calumnias, hinc convitia *in B. Virginem* atqve *Apostolos*, & denique qvæ promiscuè in *qvosvis Christianos* & in *religionis nostræ capita* stringere solent dicteria. Qvod ad *Salvatorem nostrum in sæcula benedictum*, impetere solent & *nomen* ejus & *vitam*: Unde primò blasphemias & calumnias contra ejus *nomen*, deinde contra ejusdem natales, *res gestas & mortem* directas producemus. Et ut ab ejusdem sacratissimo *nomine* ordiamur, nec illud qvidem ab Apellarum corruptione immune est. Nam ferme semper ישוע ab iis decurtatè ישו scribi solet non sine insigni contumelia. Ipse Elias in suo *Tisbi* scribit hoc propterea fieri, qvod Christum pro Salvatore non agnoscant; Verba ejus hæc sunt: לפי שהיהודים אינם מודים שהוא יהושוע המושיע לפיכך אינם רוצים לקרא לו ישוע והפירוש העין וקוראין לו ישו i. e. *Quoniam Judæi non credunt, qvod ille verè sit Salvator, propterea nolunt eum appellare* ישוע, *sed abjiciunt Ain & vocant eum* ישו. Et notum est, qvem hîc vereprè foveant dolum, dum singulas literas per singulas voces exprimere sveverunt: ישו h. e. ימח שמו וזכרו *deleatur nomen & memoria ejus*, vel (horrescо referens) ישו שקר ותועבה Item

Digitized by Google

notant nomen ישו in numeris æqvipolere voci יריק & *vanitas*. Vid. D. Christophorus Helvicus *Diss. Gieß, Tom. 4. diss. 11. p. 256.* Buxtorf. *de Abbrev. Rabb. p. 101.* Fried. Spanhemius *Dub. Evang. p. 314.* Andr. Masius *Præf. in Josuam p. 5.* Barth. Meyer. *Phil. S. p. 11. p. 354.* Gvil. Henr. Vorstius *in Zamach David p. 258.* Walth. *Cent. Miſc. Theol. p. 327.* Hoornbeec *p. 219.* Wagenſeil *Tel. Ign. Satanæ p. 222.* & alii. Nec enim ſolius dialecti Talmudicæ prætextus Judæos abſolvere poteſt. Licet enim non eamus inficias in eâ voces qvasdam amittere *Ajin*, uti oſtendit Ang. Caninius *Disq. ad loca obſcura N. T. p. 20.* Eg. שב pro שבע, קטו pro קטיע, imò & concedamus, Talmudiſtas fortean ſine tali malitia nomen hoc decurtatum uſurpaſſe, recentiores tamen Rabbini excuſari hic nulla ratione qveunt: partim qvod nominis hujus pronunciationem ad maledictam illam Cabbalam, qvam ſupra tetigimus, accommodantes, id vulgo eſſerant *Jiſchu*, ex ימח *Jimmach* vocalem deſumentes, partim qvod id expreſsè additis ſuperne abbreviationis notulis ישו ſcibant, partim qvod ipſi, ut ex Eliæ teſtimonio patet, ſe ſuo indicio ut ſorices prodant. Nec qvicqvam R. Iſaac *in Chiſſuc emuna* apud Wagenſeilium *Tel. ign. Sat. p. 193.* aliarum nationum uſum prætendit, cum de animo Judaicæ nationis abunde conſtet.

TH. 2. *Salvatoris* proinde noſtri ſub nomine ישו הנוצרי non uno in loco à Talmudiſtis injici-

jicitur mentio. Dicitur illis ita ab urbe נצרת, in qvæ educatus eſt. Dum tamen Rabbini poſteriores illum etiam *Ben Nezer* vocitare ſolent, cognominem famoſisſimo cuidam latroni faciunt, cujus mentio fit *in Tract.* Ketuvot. Is enim in *Gemara* dicitur ליסטים λῃστὴς & in *Gloſſa R. Sal.* additur: *Ben Nezer fuit latro & cepit urbes regnavitq; ſuper eas & factus eſt princeps latronum.* Ita verò ait Don. Iſaac Abarbenel in מעיני הישועה ſive *Comment. in Danielem*, in qvo Chriſtianos acriter inſectatur, *fol. 44. fac. 1. col. 1.* ראה גם ראה איך פירשו אותו הקרן אחרי זעירא עד בן נצר שהוא ישוע חנוצרי וצרפו בענינו כפי המשך הכתוב מלכות הרשעה שהיא ארום כי הוא אומתן: i. e. *Diligenter adverte, qva ratione exponant cornu illud ultimum parvum de Ben Nezer, qvi eſt Jeſu Hannozri & juxta ſeriem contextus cum eo conjungunt Regnum impium, qvod eſt Regnum Edom: Edom vero eſt populus JESU.* Id modò adjicimus, Rabbinos ex malitiâ nonnunqvam Salvatorem ne nomine qvidem ſuo exprimere velle, ſed vocare פלוני אותו האיש, vel איש ההוא *N.N. Virum illum, hominem iſtum*, Germanicè diceremus, Den Kerl. Sic R. Aben Eſra *in Gen. 27. v. 40.* והיו אנשים מתי מספר שהאמינו באיש ששמוהו אלוה כאשר האמינה רומי בימי קוסטנטין שחרש כרך הדרה ושם עד דגלו צורת האיש ההוא i. e. *Fuerunt homines pauci, qui crediderunt in VIRUM, qvem conſtituerunt Deum; qvando credidit*

didit Roma tempore Conſtantini, qvi innovavit totam religionem & poſuit in vexillo ſuo figuram VIRI ISTIUS. Et huc Buxtorfius etiam refert verba Pontificis Maximi *Act. 5. v. 28.* Καὶ βέλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα ἀνθρώπου τούτου. *Lexic. Talmud. 76.*

TH. 3. Jam proximum eſt, ut ad ea nos accingamus recenſenda convitia, qvibus Talmudiſtæ & alii Rabbini *Salvatoris noſtri vitam* proſcindere ſolent. Ubi non ſatis poſſumus mirari ſummam Judæorum impudentiam, qvî, utut omnibus viribus in illum debacchentur, à ſeſe tamen omnem culpam devolvere velint, cujus rei exempla inferius allegabimus. Cui ſcil. bilem non moveat, qvod Apella qvidam, homo perfrictisſimæ frontis, nomine Salman Zebi, vel Salomon Hirſch / in ſcripto ſuo Germanico, qvod converſo cuidam Judæo ſub titulo Jüdiſcher Tyriack / oppoſuit, *c. 5. n.* ſcribere non veretur: Was ſoll ich ſchreiben / was am Tage iſt / האמת Wir dencken nicht an Jeſchua Nozri, zum Argen. Sed neſcio, annon hanc Judæorum impudentiam ſuperet qvorundam ἰδιαίτουανία, qvi Talmudicas blaſphemias palliare & earum authores excuſare magno conatu pertendunt. Iſtud qvidem convitium nolumus dictum Schickardo *in Tarich p. 84. f. 96.* qvi amoliri à Judæorum cervicibus conatur ea, qvæ mox producemus, cum id non amori Judaicæ perfidiæ, ſed facilitati potius viri optimi adſcribamus. Nos nihil ipſis affingemus, verùm

verùm ipsa loca Talmudica ex editione Veneta *Danielis Bombergi* & qvæ ad hanc exacta, nuperâ Amstelodamensi *Immanuelis Binbenisti*, producemus, &, an ipsorum malitia excusationem mereatur; *παδδιάμιν* ostendemus

TH. 4. Crterùm qvod per ישו הנוצרי, cujus Talmudistæ aliqvoties meminerunt, intelligatur Salvator noster, Galatinus *nimio studio Talmudicarum nugarum* (ut non absre Rainoldus *Prælect. de libris Apocryphis* judicâsse videtur) non vult asserere. Ita enim ille *de Arcanis Cath. Ver. l. 1. c. 7. p. 125.* *Qvia in variis Talmud locis Jesus iste Nazarenus de adulterâ ac pollutâ natus, Idololatra, magus, legisqve subversor & tandem suspensus magno cum vilipendio memoratur: qvamplurimi, ac penè innumerabiles propter historiæ ignorantiam & forte Rabbinorum recentium pravitate decepti, turpia omnia illa de Jesu glorioſisſimo nostro Salvatore dici putant. Sed hujus erroris falsitas ex eo maximè convinci potest, qvod ut ex Talmudicis qvoqve patet historiis, Hyrcanus ille Maccabæus, sub qvo fuit Jesus iste Nazarenus, de qvo turpia omnia illa referuntur, ante Pontium Pilatum, sub qvo Jesus Christus passus est, anno circiter CX. regnavit.* Verùm ob hunc Talmudistarum Parachronismum Judæi excusandi non erant. Qvin potiùs dicendum, illos studio rationem temporum pervertisse, qvo sic facilius fucum facerent & aliorum oculis offunderent caliginem. Cum enim Judæi viverent sub Impp. Ethnicis usqve ad annum Chr. 303. tempora ni-

mirum

mirum Conſtantini Magni, qvin maledicam lingvam nemine curante liberiùs in Jeſum ſtrinxerint, non eſt dubitandum. Videntes autem Impp. Chriſtianos rerum potiri & pro Chriſti gloria dimicare, non auſi ſunt calumnias ſuas plusqvam diabolicas vel omnes vel ita nudas Talmudi ſuo (fœtus enim hic anno demum C. 500. infelici partu, ita ut nunc eſt, naſcebatur) inſerere, ſed ex metu eas truncârunt, interpolârunt variisqve modis incruſtârunt. Non obſcurè hoc innuitur *in Pirke Eliezer* his verbis: *Blandiuntur impiis in hoc mundo propter pacem.* Et idem vult minorum gentium DEUS Salman Zebi, de qvo antè diximus. *c. 1. n. 3* Wie ſolten wir ein Sach reden/ darauff ein ſo groß Saccana (Gefahr) ſteht/ und uns nicht hilfft/ weder an Seel noch an Gut? Verum producant nobis ex hiſtoriis alium qvendam Jeſum, qvi fuerit Nazarenus, vel ita vulgò nuncupatus, filius Mariæ, habuerit diſcipulos, nominatim Matthæum, Jacobum & Thaddæum, ipſorum ſententiâ ſeduxerit populum & ſit cauſa reprobationis Judæorum, ſuſpenſus ſive crucifixus in veſperâ Paſchatis, &c. (qvæ omnia in Talmud *de Jeſu Hannozri* dicuntur) & ſic excuſet Talmudicas blaſphemias. Nec obſtat qvarundam circumſtantiarum ἀλαφωνία (qvam etiam urget Lipman. *in Dan. n. 332.*) cum illas Judæi vel non attendant, vel, ut fucum faciant, pervertant. Aliter judicâſſet Galatinus, ſi loca Talmudica ipſe examinâſſet, de qvo (licet aliàs laudibus

dibus Viri nil detractum velimus) non immeritò dubitamus, cum, à qvibusdam audiat compilator *Martini Raymundi*, ut indicat Buxtorfius *Præfat. Lexic. Talmud.* nisi qvis eum fua ex *Porcheto* tranſtuliſſe velit, quod ſe ex diligenti collatione deprehendiſſe dicit Chriſtoph. Cartwrightus *Ann. in Geneſin. p. 155.* Concedimus hic potius in ſententiam Buxtorfii *Præf. in Lex. Talm.* Joh. Cocceji *Exc. Gem. Sanhedrin p. 366.* Gvilh. Henr. Vorſtii *ad Zem. David p. 257. ad 272.* Seldeni *de Synedr. l. II. p. 420.* Hoornbeec תי *p. 214.* Othonis *Lex. Phil. Rabb. p. 79.* Wagenſeilii *in Sota p. 1057. & Tel. ign. Sat. p. 63.* & aliorum.

Th. 5. Ut ad rem ipſam propius accedamus, non reticendum primò eſt, Chriſtum in Talmude vocari *Filium Pandiræ & Stadæ* non ſine inſigni contumelia. Ita enim legimus *in Tract. Sanhedrin c. 7. fol. 67. circa medium:*

וכן עשו לבן סטדא בלוד ותלאוהו בערב תפסח בן סטדא בן פנדירא : הוו אמרי רב חסדא בעי סטדא בעל פנדירא : פפוס בן יהודה חזינך אלא איכו סטדא אכו מרים מגולא נשי הויא כראמי בפומבדיתא סטדא דאית ליה בעלא : i. e. *Sic fecerunt filio Stadæ* (Satdæ) *in Lydda & ſuſpenderunt eum in veſpera Paſchatis. Filius autem Stadæ* (patris) *eſt filius Pandiræ* (patris) *Dixit Raf Chaſda: Qvin Stada eſt maritus* (adeoqve pater ejus) *Pandira autem* (eſt alius, nim.) *Papbus filius Jehudæ. Dico nihilominus: Mater ejus fuit Stada, Maria nimirum illa plicatrix capillorum mulierum, de qva*

qua dicunt Pompedithæ: Declinavit ista à marito suo. Verba hæc ex editione Talmudis Basileensis per ejus censores *Marcum Marinum* & *Petrum Cevallerium* exsecta sunt, qvia expressa in Jesum & ejus matrem contumeliam continere videbantur: *Maria Stada* enim enim sive Satda, mater Jesu, *Pandiræ* patri ejus fidem conjugalem non servasse dicitur. Idem habetur in *Schabbat c.12. f. 104.c.2. edit. Ambst.* Unde cum Buxtorfius *Lex. Talm. p. 1480.* negat Mariæ *l. c.* mentionem fieri & locum castratum suspicatur, de Basileensi editione forsan loqvi videtur. Stringi autem in Salvatorem nostrum dictam calumniam probamus 1. Qvia *Pandira*, qvi hic maritus Mariæ dicitur, alias inter Christi majores à qvibusdam refertur. *Panther* enim, referente Galatino *de A. C. V. L.8.c.3.* à qvibusdam pro atavo Mariæ Virginis ex Nathan filio Davidis habetur, & Damascenus in Genealogia Christi *Pantheræ* qvoqve meminit. 2. Qvia hæc Maria Pandiræ uxor in *Tosephot Chagiga f. 4. c. 2.* dicitur פלוני אמו של *Mater & N. N.* ita autem solent Apellæ Salvatoris nomen ex metu & malitia reticere. 3. Hic *filius Stada* dicitur seductor, qvo nomine Jesus expresse traducitur *in Sanhedr. f. 43. 1. & f. 107. c. 2.* 4. Dicitur hic *Ben-Stada* suspensus vespera paschatis, qvod de Jesu itidem narratur *Sanhedr. f. 43. 1.* 5. Idem hic *Ben-Stada* in *Schabbat f. 104. 2.* magiam ex Ægypto per cæsuram carnis eduxisse dicitur, in libro autem ישו תולדות Jesus scisso femori *Schemham-*

hamphoras incluſiſſe narratur, ut alia jam mittamus, de qvibus conf. Buxt. סטרא.

TH. 6. Huc pertinet, & procul dubio hinc etiam orta eſt, execranda ea Judæorum calumnia, qva Salvatorem (qvod non ſine horrore commemoramus) ממזר blaſphemè appellare ſolent, ceu videre eſt ex peſtilentiſſimo libello תולדות ישו, qvo ſceleratius nihil vel ipſe evomat diabolus; qvem qvicqvid Zebi oggganiat, allegat *αὐλόπης* Buxtorf. L. T. 1184. & meminit ejusdem Erneſtus Ferdinandus in *Flagello*. Qvin & in Tr. Kalla idem ſatis apertè innuitur, unde locum à Buxtorfio *Synag. Jud. c. 7. p. 132.* & Wagenſeilio ad *Toldos Jeſchu p. 14.* productum hic exhibemus: פעם אחתהיו זקנים יושבין בשער ועברו לפניהם שתי תנוקות אחד כסת את ראשו ואחד גילח את ראשו זה שגילח אתראשו רא אומר ממזר ריהושע אומר בן הנדה רע אומר ממזר ובן הנדה אמרו לו לר עקיבה היאך מלא לבך לעבור על דברי חבירך אמר להן זה אינו אקימנו הלך אצל אמן של תינוק וראה שהיתה יושבת ומוכרת קיטנית בשוק. אמר לה בתי אם את אומרת ליודבר שאני שואלך אני מביאך לחיי עולם הבא אמרה לו השבע לי היה"ע נשבע בשפתיו ומבטל בלבו אמר לה בנך זה מה טבו. אמרה לו כשנכנסתי בחופה נדה הייתי ופי' ממני בעלי ובא אלי שושבינין והיה לי בן זה נמצא התינוק ממזר ובן הנדה *Aliqvando conſidentibus ſapientibus in porta tranſibant ante eos duo*

tam & seductorem proclamare solent. Si ex recentioribus Rabbinis & minoris existimationis verpulis testimoniorum farraginem congerere vellemus, tota plaustra convitiorum sese nobis offerrent, cum maledicæ suæ lingvæ nimis petulanter indulgeant. Verùm cum hæc res tædiosa sit, ex ipsis tantummodo Talmudicis Pandectis qvædam lustrabimus loca, & primò qvidem sordidissimam illam fabulam integram adscribere non gravabimur ex Tract. *Sanhedrin c. 11. Chelek* fol. 107. 2. רבי יהושע בן פרחיה מאי היא דקטלינהו ינאי מלכא לרבנן אזל ר' יהושע בן פרחיה וישו לאלכסנדריא של מצרים כי הוה שלמא שלח ליה שמעון בן שוטח מיני ירושלים עיר הקדש ליכי אלכסנדרי, מצרית אחותי בעלי שרוי בתוכך ואנכי יושבת שוממה קם אתא ואתרמי ליה חהוא אושפיזא עברו ליה יקרא טובא אמר כמה יפה אכסניא זו אמר ליה רבי עיני טרוטות אמר לו רשע בכך אתה עוסק אפיק ארבע מאות שיפורי ושמתיה אתא לקמיה כמה זימנין אמר ליה קבלן לא הוה קא משגח ביה יומא חד הוה קא קרי קריאת שמע אתא לקמיה סבר לקבולו אחוי לה בידיה הוא סבר מידחא דחי ליה אזל זקף לבינתא והשתחוה לה אמר ליה הדר בך אמר ליה כך מקובלני ממך כל החופא ומחטיא את הרבים אין מעפיקין בידו לעשות תשובה ואמר מר ישו כישף והסית והדיח את ישראל: i. e. *Cum R. Josua filio Perechiæ qvid fa-*

tium? cum occidisset Rex Jannæus Rabbinos, abiit R. Josua filius Perechiæ & cum eo Jesus Alexandriam Ægypti. Pace verò restituta misit ad eum Simon Ben Schotzach & sic scripsit: *Ex me Hierosolyma urbe sancta ad te Alexandriam Ægypti sororem meam* S. P. *Maritus meus moratur apud te, & ego sedeo desolata. Surrexit* itaqve R. Josua *& exiit* Alexandriâ, *venitqve in qvoddam diversorium, ubi affecerunt eum honore magno. Dixit: qvam pulcrum hospitium! Respondit* Jesus (existimans ipsi sermonem esse de hospita, cum vox אכסניא ambigua sit, & tàm hospitium, qvàm hospitam denotare possit,) Pulcra utiqve est, *Magister; oculi tantum ejus sunt teretes (s. limi) Dixit: Scelestè, hæccine tibi curæ sunt? Atq; adduxit qvadringentas buccinas & excommunicavit eum (* solebant enim Judæi, si qvis excommunicandus esset, ad terrorem & reis & cœtui incutiendum, in Synagogis inflare cornua seu buccinas) *Redibat verò ille aliqvoties, dicens: Recipe. Sed R. Josua non curavit eum. Aliâ die, cum legeret textum Deut. 6. Audi Israël, venit JESUS coram eo & speravit se receptum iri. Annuit ipsi manu sua* R. Josua; *sed cum* putaret *se repelli, abiit & erexit lapidem & adornavit eum. Dixit ipsi* R. Josua: *Reditus sit* concessus. *Respondit: Ita à te traditum accepimus: Qvicunqve peccat & plures ad peccandum impellit, non concessum est ipsi pœnitentiam agere. Verum Mar dixit: Jesus fuit præstigiator & seduxit & ad lapsum impulit Israël.* Hæc dici in Jesum nostrum testatur Gerson, conversus Judæus, *Præf. in Chelec*, & idem dispalescit

scit ex prædicatis, qvæ singula alias Jesu nostro tribui solent. Vocant enim eum Judæi idolatram, ut dicemus, qvin & Rabbini eum vocare solent Idolum, vid. Rafchi *ad Es. 9. 6. edit. Venet.* Magum *in Schabbat l. c.* Seductorem *in Sanhedr. f. 43. 1.* Qvod verò ישו הנוצרי seductor fuerit, illud alias etiam Talmudistæ tecte indicant, dum dicunt *eum adulisse edulium suum publicè.* Ita enim ajunt: שלא יהי לך בן אוֹ תלמיד שמקריב לבושינו ברבים כגון ישו הנוצרי i. e. *Ne sit tibi filius aut discipulus, qui adurat edulium suum in propatulo, sicut fecit Jesus Nazarenus.* Adurere edulium Buxtorfio est: Doctrinam corrumpere, ad hæresin vel idololatriam descisere, eamqve disseminare. Gerson exponit: Der öffentliche Abgötterey treibet. Vid. Trakt. סנהדרין *c. 11.* חלק *p. 103. 1. & Tract.* ברכות *fol. 17. 2.* in edit. Venet, Cracovienſi & Ambſtelodamenſi. Nam in Baſileenſi talia loca ſublata ſunt. Conf. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1960.* G. H. Vorſtius *ad* צמח דוד *p. 257. 258.* Chriſt. Gerſ. *in Chelee p. 192. 255.*

Tit. 8. Horrenda blaſphemia qvoqve illa eſt, qva Chriſtum Magum dicitant. Probamus hoc ex *Tract.* שבת *c. 12. fol. 104. 2.* אמר להן ר' עקיבא לחכמים והלא בן סטדא הוציא כשפים ממצרים בשריטת שער בשרו אמרו לו שוטה הוא ואין מביאים ראיה מן השוטים i. e. *Dixit R. Eliezer Sapientibus: Annon Filius Stadæ eduxit magias ex Ægypto per cæſuram carnis ſuæ? Reſpondent ipſi: Stultus eſt & non pertimus probationem à ſtulto.* Ubi Gloſſator: *An-*

teqvam magi ex Ægypto exirent, penitiùs perqvi rebantur, ne magiam in ſcripto exportarent, & ſi alios populos eam docerent. Ideoqve hic novam artem excogitavit, ut ſciſſæ cuti eam includeret, qvæ rurſus ſanata artem non proderet. Qvod per *Ben Stada* homines ſceleratiſſimi Salvatorem intellectum velint, patet ex §. V. Virulentiſſimæ verò huic blaſphemiæ gemina fermè eſt ſordidiſſima illa fabula, qvam Megalander Lutherus ex Porcheto, *in Tract.* Vom Schemhamphoraſch und Geſchlecht Chriſti/ *Tom. 8. Jen. Germ. f. 109.* recenſet hiſce verbis: Es iſt geſchehen zur Zeit Halani der Königin/ die über das gantze Land Iſrael herrſchet; Da kam Jeſus Hanozri gen Jeruſalem/ und fand im Tempel des HErrn den Stein/ darauff vor Zeiten die Lade des HERRN geſetzt war: Auff demſelbigen Stein war geſchrieben Schemhamphoras/ wer deſſelben Namen Buchſtaben lernet und verſtund/ der kundte thun, was er wolte. Es beſorgten ſich aber unſere Weiſen/ wo die Kinder Iſrael ſolchen Nahmen lernen würden/ möchten ſie durch deſſelben Krafft die Welt umkehren. Drum machten ſie zweene Hunde von Ertz/ und ſetzten ſie auff zwo Seulen auff die Thür des Heiligthums. Wenn nun iemand hinein gieng und lernet die Buchſtaben des vorgeſagten Nahmens/ und wieder heraus gieng/ ſo bollen die eherne Hunde ihn ſo greulich an/ daß er für groſſen Schrecken vergaß des Nahmens und der Buchſtaben/ die er gelernet hatte. Alſo kam Jeſus Hanozri/ und gieng in den Tempel/ und lernet die Buchſtaben/ und ſchrieb ſie auff ein Per-

lernet

gamen. Darnach reiß er das Fleiſch auff an ſeinen Beinen / und legt die Zeddel drein. Und weil er den Nahmen nennet/that ihm nichts wehe/und gieng die Haut zuſammen / wie ſie vorhin geweſt war. Als er aber aus dem Tempel gieng/ bollen die eherne Hunde ihn an / daß er ſo bald des Nahmens vergaß; Da er aber heim kam/ reiß er mit einem Meſſer das Bein auff/ und nahm heraus die Zeddel / darauff die Buchſtaben ſtunden des Schemhamphoras/ und lernet ſie wiederum. Absurdiſſima certè calumnia! Impudentiſſimus homuncio Salman Zebi, cujus ſuprà fecimus mentionem, *l. c. c. 1. n. 8.* apertiſſima negare inſtituit, dum ita cornicatur: Aniomer (Ich kan wohl ſagen) daß ich dieſen Hefel (albern Poſſen) niemahl gehöret habe/ viel weniger geſchrieben geſehen. Wir ſeynd nicht ſo Kindiſch/ einem ſolchen Hefel zu glauben/ es könte einem närriſcher nicht träumen / daß Jeſchua Nozri wäre in das Bes Hammikdaſch (den Tempel) geloffen / und hätte den Schemhamphoraſch geſtohlen; Seine Waden auffgeſchnitten / den Schem drein vernehet/ darnach wieder herauß gangen / die Waden auffgeſchnitten / oder getrennet / den Schem heraus genommen / und viel Wunder mit dem Schem gethan. Qvicqvid verò oggannіat verpa, nihil efficit: cum eadem hæc fabella narretur in maledico libello *Tholedos Jeſchu*, unde ex Verſione Cl. Wagenſeilii eandem ἀυτόλεξει in rei fidem hic exhibemus. *Anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, qvarti* (ab orbe condito) *millenarii in diebus Jannai regis, qvem alias Alexandrum vocant,*

hostibus Israëlis (ut per εὐφημίαν sic loqvar,) *ingens obvenit calamitas. Prodiit enim qvidam ganeo, vir neqvam nullius q3 frugis, ex trunco succiso tribus Judæ, cui nomen Josephus Pandera. Is erat statura insignis, manu fortis, & eximia pulchritudine: maximamq3 ætatis partem ἐν μοιχείαις καὶ ἀσελγείαις, rapinis item ac violentia exegerat. Domicilium ei Bethlehemi Judæ habitabatqve in illius vicinia vidua qvædam, cui filia Mirjam nomine, estqve hæc illa Mirjam ornatrix capillorum muliebrium, cujus aliqvoties in Talmude mentio injicitur. Ista cum adolevisset, despondit eam mater ejus, juveni cuidam Jochanam dicto, magna modestia, Mansvetudine, & numinis timore prædito. Accidit autem aliqvando ut Josephus transiret fores Mirjamis, eamqve contueretur. Ibi tum exardescere in eo cœpit prava libido, qvamobrem* (assidue illic) *ultro citroq3 commeabat. Posthæc ait illi mater: qvare tantam macilentus es? Respondens ait: Mirjamem sponsam deperio. Tum mater: Noli tuum animum hujus rei gratia cruciare; vide ut ea potiaris, atqve statue de illa qvod tibi fuerit collibitum. Paruit Josephus Pandera consilio, multumq3 itando ad ostium ædium Mirjamis, non reperit horam commodam, nisi tandem in vespera aliqva Sabbati, cum Mirjamem ante fores sedentem offenderet. Qvamobrem cum ea ingressus in domum, & in conclave, qvod prope ab ostio erat, τῷ κλίνῃ ambo simul conscendunt, nam ipsa existimabat esse illum Jochananem sponsum suum. Tum ea homini ait: Ne me attingito, ἐν ἀφέδρῳ ἔσαν. Sed is morem illi non gerebat, cumq3*

circa

circa eam voluntati ſuæ obſecutus fuiſſet, in domum ſuam abit. Circa medium noctis iterum in eo exardeſcere ὁ κακὸς πόθος. Ergo ſomno levatus ad domum Mirjamis viam affectans, εἰς τὸ ταμεῖον ſe confert, factumq; repetit. Valde autem exhorruit puella, &, quid hoc, ait, ſibi vult domine, qvod eadem nocte bis me conveniſti? idq; non paſſa ſum ab eo inde tempore, qvo ſponſam me tibi elegiſti. Verum is ſilens διαπεραίζει, nec verbum ullum pro loqvitur. Ergo Mirjam qveri: Qvousq; tu peccato ſcelus addis? annon pridem tibi dixi eſſe me ἀποκαθημένην? verum ille non attendebat ad ejus verba, ſed deſiderio ſatisfaciebat, actum poſtea iter pergebat ſuum. Poſt trimeſtre ſpacium nunciatur Jochanani, ecce ſponſa tua βαρυνομένη τὴν γαστέρα. Perterrefactus vehementer Jochanan, abit ad Simeonem Schetachidem, Præceptorem ſuum, & re tota illi indicata, rogat ipſum qvid facto opus ſit? Reſpondet Præceptor: ecqvis tibi (in hac re) *ſuſpectus? ibi Jochanan: Nemo mihi ſuſpectus præter Joſephum Panderam, qvi Ganeo magnus eſt, & prope ædes ejus ac in vicinia habitat. Ait illi Præceptor: Mi fili, obſeqvere conſilio meo, & tace. Qvod ſi ſemel ipſa familiariter uſus eſt, fieri neqvit, ut non ea iterum frui inſtituat, ergo te ſolertem hic præbe & teſtes evoca, illumq; ad magnum Synedrium defer. Diſcedens juvenis domum petebat, multumq; cruciabatur, cumq; innotuiſſet ipſam eſſe κυοφόρον, tum ſecum ipſe cogitabat Jochanan, nunc dicent homines ὅτι ἐγὼ ἐγκύμονα πεποίηκα ἀνδρὶ, itaq; præ nimio pudore & ignominia, Judæam deſerens in Babyloni-*

am contendit, atq; ibi figit sedem. Parit deinde filium Mirjam eig; nomen Jehoschua imponit, secundum avunculum fide fratrem suum maternum. Succrescente puero mater ei magistrum conducit Elchananem nomine, atq; faciebat profectum puer, erat enim ei ingenium bonum adres intelligendas. Accidit autem, ut Senatores aliquando synedrii Hierosolymitani præteriret. Invalnerat, tum confuetudo, ut quoq; Senatores illos præterveheres, caput obvelaret, & corpus incurvans ac genu flectens honorem illi deferret. At iste puer, cum ante ipsos ambularet, denudabat caput, frontes, perfricta folum præceptorem honoris gestu prosequebatur. Tum omnes dicere caperunt: Quia huic tanta impudentia, verisimile ipsum esse מומזיר. At unus illorum omnino, inquit, מומזיר ובן נדה בא מאשת איש. Mox Simeon Schetachides quoq; dicit: Recordor nunc, ante annos complures venisse ad me Jochananem discipulum meum, atq; in hac verba profum esse: Vah mihi ob probrum & dedecus, quod incurro! nam Mirjam sponsa mea (mater hac fuit istius pueri) ex alio non vero ex me gravida est, atq; hinc prodiit ille puer. Percontabar autem eum quemnam suspectum haberet, respondit. Josephum Panderam (sibi suspectum esse) quod is vicinus illi sit; cum q; percrebuisset graviditas ejus, illico in Babylonian abibat Jochanan præ verecundia, atque ejus mum ibi moritur; Tum cuncti subjiciebant, si hæc ita se habent, vere מומזירים בן נדה בא מאשת איש; atq; irrecentas buccinas inflantes divulgabant, esse illum מומזיר quem aptum qui veniat in congregationem (sanctæ

gen-

gentis) *vocabantq; nomen ejus Jeschu, indicium facientes, dignum esse, cujus nomen & memoria pereant. Cum Jeschu innotuisset, indignum se declaratum esse, qui in congregationem admittatur, mœrens corde fugam capessit & in Galilæam superiorem se confert, ibiq; multos degebat annos. Tum temporis erat in templo insculptum nomen Dei ineffabile lapidi* ☞ *τετρεώμα*☜. *Etenim cum David rex foderet fundamentum, reperit ibi lapidem qvendam* ☞ *τόμα*☜ *τ ἀβύσσ in qvo Dei nomen inciſum conſpiciebatur, qvem inde ſuſtollens, in ſanctum ſanctorum depoſuit. Cum vero metuerint ſapientes, ne forte ſtudioſi juvenes nomen hoc diſcerent, orbiqve (qvod Deus omen prohibeat!) inferrent vaſtitatem, confecere incantaminibus æneos leones duos, qvos ante fores Sancti ſanctorum unum à dextris alterum à ſiniſtris ſtatuerunt. Si qvis igitur intraſſet illuc & arcanum nomen didiciſſet, hunc exeuntem allatrabant leones, & in cauſa erant, ut ob ingentem pavorem ac conſternationem Nomina menti exciderent & oblivio illorum eum pervaderet. Ceterum cum percrebuiſſet fama de Jeſchu ipſum nothum eſſe, deſerta Galilæa ſuperiore venit clanculum Hieroſolymas, ingreſſusq; templum didicit ibi τὰ ἱερὰ γράμματα, nomenq; ἀνεκφώνητον membranæ cum inſcripſiſſet, nomine hoc enunciato, ne dolorem perſentiſceret, ſcindit carnem, ibiq; membranam cum myſteriis condit. Mox prolato rurſus nomine illo, effecit, ut caro conſolidaretur. Neceſſe autem eſt, arte magica, & vi incantaminum templum introiverit, ſecus enim ſi foret, qvomodo permiſſuri erant*

ſanctiſſimi ſacerdotes Aaronis progenies, ut illuc ingrederetur? Proinde manifeſtum eſt, eum ope impuri nominis & magica arte patriſſe iſta omnia. Egredientem per oſtium allatrabant canes, unde ἡ ὄνοιμα Ἀπωλων. Ergo extra urbem ſe conſert, ac diſſecta rurſus carne educit ſcripturam, & cum characteres probe perpendiſſet, tenet nomen. Abit deinde Bethlehemum Judæ, locum nativitatis ſuæ ac voce magna clamare occipit: Ecquales ſunt iſti nequam homines qui me nothum ac impuræ originis eſſe perhibent? ipſi nothi ſunt, homines, impuriſſimi. Annon mater virgo me peperit? atq; in eam per ſummum verticem ingreſſus ſum. Filius autem Dei exiſto, & de me vaticinatus eſt Eſaias propheta: Ecce virgo concipiet &c. Annon me ipſum ego efformavi, & cœlum, terram, mare, quæq; in his ſunt condidi omnia? Ibi reſpondere cuncti, & dicere: Edicto ſigno aliquo & prodigio oſtende te Deum eſſe. Ille reſpondens ait: Afferte huc ad me hominem mortuum, eum ego vit a reddam. Feſtinat plebs, & ſepulchro quodam effoſſo nihil ibi reperit præter meraſſa arida; id cum renunciaſſent, dicentes: ſe ſola oſſa inveniſſe, ait: proferte illa in medium. Iis allatis combinat inter ſeſe oſſa ſingula, cæq; obducit pelle, carne, nervis, ut ſic ſurgens, imo, pedes erectum vivum ſiſtaret, quod fuerat cadaver. Eam rem intuentes homines, mirabantur; tum is: hæccine, inquit, admiramini? adduciteſ mihi leproſum aliquem ſanabo illum. Cumq; ante eum ſtatuiſſent leproſum hunc, ſimiliter per nomen θεου Ὠνγων ſanitati reſtituit. Quæ cum viderent homines, procidebant coram eo, cum-

eumq; adorabant dicentes: Omnino tu filius Dei es. Accidit autem post qvintum diem, ut infaustus hic nuncius perferretur in Hierosolymorum sanctissimam civitatem, ibiq; narrarentur omnia qvæ fecerit Jeschu. Inde summopere lætari nebulones; at senes, homines pii, & turba sapientum amare flere, Synedriumq; majus cum minoribus vehementer lugere, deniq; omnes decernere, se ad illum missuros. Scilicet, secum ipsi ajebant fortasse vincemus eum præsidio Numinis, ut illum in judicio condemnemus, & morti adjudicemus &c.

Plura exscribere pietas prohibet: neqve ista produxissemus, nisi impudens os Apellis; qvi, dum maximè convitiantur, id minimè omnium egisse videri volunt, oppilandum fuisset. Qvæso verò te, pie lector, num ipse Cacodæmon magis fœda, ab omni non modò veritate, sed ratione qvoqve absona convitia ex orco protrudere potuisset?

Th. 9. Ut autem Salvatoris *res* in diebus carnis *gestas* fugillant, *ita mortem* ejusdem traducunt, tum ipsum תלוי *suspensum* vocitare solent. Sic R. Bechai *in* כר הקמח *Lit.* ג. *c. 1. ad loc. Psal. 80.14.* ait: העין התלויהכי הם עוברי התלוי i. e. *Litera Ain* (in voce מיער) *suspensa est qvia tales sunt* (porci scil. sylvestres, vel qvia tales erunt, suspendendi nimirum) *cultores SUSPENSI ILLIUS.* Nec fit illud propterea, qvod lex ejus dubia & disputabilis sit, id qvod prætendit sceleratus R. Lipman *Nizz. n. 350. p. 194.* sed qvod eum ob scelera sua crucifixum esse blasphe-

blasphemo ore Judæi calumniantur. Ita enim legimus in *Tract.* סנהדרין *c. 6.* [illegible] *folio 43. 1.* בערב הפסח תלאוהו לישו והכרוז יוצא ארבעים יום ליסקל שכשיוצא ויהיה אדם ישראל כל מי שיודע לו זכות יבוא וילמוד עליו ולא מצאו לו זכות ותלאוהו בערב פסח אמר עולא זכותו של זה שהסיתו לרבות הוא i. e. *Vespera paschatis suspenderunt Jesum. Et præco præcedebat ante ipsum 40. diebus* clamans: *illum lapidandum esse, quod fascinârit, seduxerit & ad lapsum impulerit Israëlitas; quisquis verò nosset aliquid pro ipsius innocentia allegare, ut is prodeat atque edoceat. Sed non repererunt quicquam pro ipsius innocentia, quare suspenderunt ipsum vesperâ Paschatos. Dixit Ulla: An cogitandum filium perversum hunc insontem fore, cum seductor fuerit?* Solenne fuisse, ut mortis rei aliquoties reducerentur, si forte aliquid pro innocentia sua afferre possent, patet ex *Sanhedrin c. 6.* ubi sic vertit Coccejus: *Unus officialium* (in eductione rei) *stat ad ostium curiæ, tenens manu fudarium: unus item, ego vos insidens, tantum inter ipsum & se intervalli relinquit, ut commodè videre eum possit. Tum si quis se offerat, qui damnatum insontem esse doceat; iste fudarium quatit: eques concitato cursu damnatum retrahit. Quin etiam si ipse quid pro sua innocentia ostendenda se habere asserat, quater quinquiesve reducitur: dummodo in verbis ejus fit solidi quippiam. Si hoc modo innocentia ejus comprobetur, liberum dimittunt. Sin minus,*

pro-

prodit lapidandus, antecedente præcone atqve in hæc verba conclamante: Vir iſte N.N. prodit lapidandus ob culpam hanc (*nam illa qvoqve exprimitur*) ſuntqve ejus facti teſtes N.N. & N.N. Qvicunqve ipſum inſontem docere poteſt, accedens rationes ſuas exponat. Hucusqve ille. An verò narratio iſta prior de præconis proclamatione in eductione Salvatoris noſtri vera eſſe qveat, meritò dubitat Vorſtius *l.c. p.260.* Aliud certe arguunt 1. nimia feſtinatio: cum enim priori die captus eſſet, ſeqventi crucifixus eſt. 2. Pſeudomartyrum conqviſitio: tantùm ergò abeſt, ut ejus innocentiæ teſtimonia per præconem colligere voluerint. 3. Unanimis in Chriſti mortem conſpiratio: omnium enim voces fuerunt: Crucifige, crucifige. Conf. Wagenſeil *ad Tol. Jeſchu p. 19.*

Th. 10. Nec modo Talmudiſtis Salvator vivus *magiam* exercuiſſe dicitur, verum & aliqvando *ex inferis per magiam reductus*, & rogatus, qvonam ſupplicii genere in inferno torqveatur, reſpondiſſe narratur: *in fervente excremento.* Faciunt hujus blaſphemiæ mentionem Buxtorfius *Syn. Jud. p.65.* Vorſtius *l.c.* Dilherrus *Elect. l. 1. c. 24. p. 155.* & ad eandem reſpicere videtur Gerſon *Talm. p.424.* Placet autem majoris evidentiæ cauſa locum Talmudicum cum verſione integrum producere ex *Gittin f. 56. 2. & f. 57. 1.*

אנקלוס בר קלוניקוס בר אחתי׳ דטיטוס
הוה בעי לאוגוירי אזל אסקיה לטיטוס
בגנוזא אל מאן חשיב בההוא עלמא
אל

אל״ה וישראל מהו לאידבוקי בהו אמר ליה מיליהו פישין ולא מצית לקיומינהו זיל אגרי בהו בההוא עלמא והוית רישא דכתיב היו צריה לראש וגומר כי המיצר לישראל נעשה ראש אל דיניה דההוא גברא במאי אל במאי דפסיק אנפשי׳ כ ל יומא מכנסי ליה לקיטמה ודיוני ליה ליה וקלון ומבדרו אשב ימי אזל אסקיה לבלע׳ בגניזא אל״ה מאן חשיב בההוא עלמא אל״ה וישראל מהו לאידבוקי בהו אל״ה לא תדרוש שלומם וטובתם כל הימים אל״ה דיניה דההוא גברא במאי אל״ה בשכב׳ זרע ורותחת אזל אסקיה בגניזא לפושע וישראל אל״ה ומאן חשיב בההו׳ עלם אל״ה וישראל מהו לאידבוקי בהו אל״ה טובתם דרוש רעתם לא תדרוש כי הנוגע בהן כאילו נוגע בבבת עינו אל״ה דיניה דההו׳ גברא במאי אל״ה בצואה רותחת דאמר מר כל המלעיג על דברי חכמים נידון בצואה רותחת׳

i. e. *Onkelos filius Kalonici ſororis Titi* (velintnè legis Paraphraſtam, an alium, dubium eſt; nec ſcire multum refert) *voluit Proſelytus fieri. Abiit autem & per necromantiam produxit Titum & rogavit eum: Qvis eſt honorabilis in hoc mundo? Reſpondit: Iſraëlitæ. Ait illi: An conſultum adhærere illis? Reſpondit: Promiſſiones eorum multæ ſunt & tu non potes præſtare eas: abi ergò & inſtiga aliqvẽ contra eos in hoc mundo & fies caput* (i.e. magnus) *qvia ſcriptũ eſt: Hoſtes ejus erunt caput* (Deut. 28. 44) *& docetur: Omnis affligens Iſraëlitas fa-*

Aus

Eius est caput. Porrò rogavit eum: Judicium (pœna infernalis) *hujus viri* (scil. Titi, qvem externa specie refers) *in qvonam consistit? Respondit ipsi: In qvo defuit, in eo crescit: qvotidie redigunt eum in cinerem & judicant* (torqvent) *& ustulant eum & ventilant versus septem maria* (de qvibus vide Bava Bathra f. 74. c. 2.) *Abiit & porrò produxit per Magiam Bileamum, dixitqve ipsi: Qvis est magnæ existimationis in hoc seculo? Respondit: Israëlitæ. Ait: An consultum adhærere illis? Respondit: Ne qværas bonum & salutem eorum in æternum* (ex Deut. 33. 6.) *Rogavit eum: Supplicium hujus viri* (Bileami) *qvale est* (in inferno) *Respondit:* (sit honor castis auribus) *in fervido sperma te.* (Hic notat Raschi: Hæc est pœna talionis, qvia ipsius consilio factum, ut populus inciperet scortari.) *Abiit et produxit porrò per magiam rebellem (seu Apostatam) Israëlis* (ita legitur in edit. Ambstel. Sed Vorstius hæc verba adducens legit: ישו *JESUM*: qvem ipsum à Judæis per illud epitheton innui certum est) *Rogavit eum: Qvis est honorabilis in mundo? Respondit: Israëlitæ.* Ait: *Num Consultum, ut adjungam me illis? Respondit: Qvære bonum eorum & malũ eorũ ne qværito, qvicunq; tangit eos, perinde est ac si tangeret pupillam oculi ipsius. Rogavit eum: Judicium* (infernale) *hujus viri* (i. e. Jesu, qvem refers) *qvale est? Respondit: In fervente excremento: qvemadmodum dixit Mar: Qvicunqve subsannat verba Sapientum, ille judicatur in fervente excremento.* Qvæ eadem pœna etiam recen-

cenſetur in *Eruvinf. 21. c. 2. circa med.* Ὁ ἄθυρον σῶμα!

TH. 11. Atqve hæc hactenus ex Talmudicis ſcriptis in lucem protrahere placuit. Qvod ſi autem omnia convitia & amarulentisſima dicteria, qvibus Rabbini præſertim recentiores verba & facta Salvatoris ſugillant, adducere vellemus, prolixior inſtituenda eſſet tractatio, cui anguſtia hujus chartæ non ſufficeret. Aſtatim talium eſt in maledico libello תולדות ישו, qvem magno ſtudio occulunt Judæi, ut refert Ern. Ferdinandus Heſſe Flag. Jud. *p. 64.* eundem tamen habuit Buxtorfius, ut ait Bibl. Rabb. *p. 421.* & nuper in apricum produxit Wagenſeilius. Nec non apud ſcriptores נצחון ſ. *Victoriæ*, qvos inter celebris R. Lipman Mülhuſinus, cujus in V. T. notas majori ex parte contra nos elenctícas evulgavit Hakſpanius & easdem vertere cœpit Sebaldus Snellius. Ab hoc alius fuiſſe creditur, qvem Münſterus in Ann. ſuis ad Matth. paſſim allegat & refellit, qviqve in hiſtoriam Evangelicam directè ſtylum ſuum ſtrinxit. Conf. *Hakſpanius ad Lipm. pag. 217.* Alium qvoqve exhibuit laudatus antè Wagenſeilius in Telis igneis Satanæ. Qvod ſi ex hiſce præcipua capita delibare vellemus, ſatis ſuperqve eſſet calumniarum.

TH. 12. Ubi jam frons tua, *Salman Zebi*, qvi contribules tuos nunqvam in deteriorem partem Salvatoris meminiſſe dixeras? Certè in illum, ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ addamus, multò æqviores

ores sunt Muhammedani, qvorum Pseudapostolus in Alcorano suo eum appellat: אלמשיח ישוּ אבן מריאם *Christum Jesum Filium Mariæ.* Surata Alomraân. כלמת אללה *Verbum Dei.* Ibid. קול אללה *Sermonem verum.* Surata Marijam. רוח אללה *Spiritum Dei.* Ibid. רשול אללה *Legatum Dei.* Surata Almaidat. וגיהא פי אלדניא ואלאחרה *venerabilem in mundo & in extremo judicio.* Surata Alomrân. Vid. hic cumprimis Levini Warneri *Compendium Histor. eorum, qvæ Muhammedani de Christo & præcipuis aliqvot religionis Christianæ capp. tradiderunt*, nec non elegantissimum libellum à Johanne Andrea Hispanicè conscriptum & à Dominico de Gazelu in lingvam Italicam translatum *de confusione sectæ Muhammedanæ c. 11. p. m. 63. & seq.*

Th. 13. Nec minùs, ut nostram pertexamus relam, in B. *Virginem* & *Apostolos* debacchantur. Qvod ad illam, notum esse potest ex antecedentibus *Stadam* ab iis dici, & pro *adultera* haberi. Execranda est malitia, qva nomen ejus מרים *Mirjam*, in חריא *Chiirja (sterqvilinium)* de pravant recentiores, & eam prætercea (vah fcelus!) נרה *pollutam*, טמאה *impuram* & זונה *fœrtum* vocare solent. Compescat DEUS ἀζημίως σῶμεν. Vid. Sebastian Münsterus *l. c. p. 121.* & Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1088.*

Th. 14. *Apostolorum* porrò qvorundam non uno in loco *Talmudis* fit mentio & qvidem *Tract.* סנהדרין *cap. 6.* הדין נגמר *fol. 43. 1.*

Digitized by Google

תל חמשת תלמידיו היו לו לישוע מתאי נקאי נצר בניו ותודר אתיות׳ לכתי מתאי מתי וחרוג וכתבי מתי אבוי ואראדי פני אלקים אשר לו אין מתי וחרוג וכתוב מתי יומות ואבר שמו אתיות׳ לנקאי אשר נקאי וחרג וכתיב נקי ושרוק אי וחרוג אין נקי יחרג וכתיב במסחרים וחרוג נקי אי׳ לנצר אשר נצר וחרג וכתיב ונצר משרשיו יפרה אשר לו׳ אין נצר וחרוג וכתוב ואתה נשלכת מקברך כנצר תאוב אתיות׳ לבוני אשר בוני וחרג וכתיב ובני בבוריו שראול אשר לו אין בוני וחרג וכתוב חנה אנכי הרג אר׳ בנך בכורך אתיות׳ לתודר אשר תודר וחרג וכתיב והכתי מזמור לתודר אשר אין תודר וחרג וכתיב וזבח תודר׳ i. e. *Tradunt Magistri, quinque fuisse discipulos Jesu*, quibus ex literis nominum omina prædicta, nimirum *Matthai, Nekai, Nezer, Boni & Thoda. Addaverunt Matthaum* (ceu mortis reum) *cui dixit: Matthaus occidetur, secundum illud: Quando* (Mathai) *veniam & videbo faciem DEI? (Psl. 42. 3.) Respondit ipsi* alius. *Imò Matthaus non interficietur, scriptum enim est: Quando* (Mathai) *morietur & peribit nomen ejus? Psl. 41. 6. Addaverunt Nekai, cui dictum: Interficietur Nekai, quia scriptum: Insontem* (Neki) *& justum non perimes* Exod. 23. 8. Resp. *Imo non perimetur Nekai secundum: Illud in oculis interficit insontē* (Neki) Psl. 10. 9. *Addaverunt Nezer, dictumque est ipsi: Nezer occidetur, uti scriptum est: Surculus* (Nezer) *è radicibus ejus effodietur* Es. 11. 1. *Respondit illi: Non interimetur Nezer, quia scriptum est: Tu autem omi-*

Digitized by Google

abjectus es è sepulcro tuo veluti surculus (Nezer) *abominandus* Es. 14. 19. *Adduxerunt Buni ditumque ei: Buni trucidabitur, scriptum enim extat: Filius meus* (Beni) *primogenitus Israël*, Exod. 4. 22. *Dixit illi: Buni non occabitur, quia scriptum est: Ecce ego occidam filium tuum* (Bincha) *primogenitum tuum* Exod. 4. 23. *Adduxerunt* similiter *Thoda: Interficietur Thoda, quia scriptum est: Psalmus ad laudem* (Thoda) Ps. 100. 1. *Respondit illi: Thoda non trucidabitur, scriptum enim est: Sacrificans* (Thoda) *laudem honorabit me* Ps. 50. 23. Ubi partim notanda est depravatio nominum: nam Matthai Matthæum, & Thoda Judam Thaddæum esse apparet, qvosnam verò per Nekai, Nezer & Buni intelligant, scrupulosè non inqviremus, licet Buni qvidam ex Bonaerges deducant, & Nekai ex nomine Simonis Kannæi (Καναίτης) depravatum esse videatur; partim absurdissimum illud commentum, de colloqvio, ubi Christus Apostolis suis mortem prædicere & hi sibi vitam policeri ex plane contrariis vaticiniis frivolè finguntur à Talmudistis, ut exosi reddantur: vel etiam (qvòd abit Glossator Talmudicus) ob metum nationum, inter qvas vivebant, fraudem occulerent. Nugacissimam verò fabellam à Talmudistis ex Joh. 21. 22. 23. ubi Petrus de sorte Johannis scicitatur, extructam esse existimat Vorstius *l. c. p. 261.*

Th: 15. Sic etiam Jacobus commemoratur *Tract.* עבודה זרה (qui totus in editione Basil. omissus) *c. 1.* לפני אידיהן *fol. 17. 1.* אבר לן עקיבא

תל חמשה תלמודים הוי לך לישוא כותאי נקאי נאבר בוני ויהודה אישוי אימור כותי ויהרוג וכתיב אבר לו אין מתי יהרוג וכתיב מתי ימות ואבד שמו אישוי לנקאי אמר נקאי יהרג וכתיב נקי ונדיק אל תהרוג אין נקי יהרג וכתיב בסוסיים ויהרוג נקי ואל לנצר אבר נצר יהרג וכתיב ונצר משרשיו יפרה אמר ליה אין נצר יהרוג וכתיב ואתה נשלכת מקברך כנצר נתאב אישוי לבוני אמר כוני יהרג וכתיב בני בכורי ישראל אבר לו אין בוני יהרג וכתיב הנה אנכי הרג אבן בכור כסוך אישוי ליהודה אמר תודה יהרג וכתיב מזמור לתודה אל אין תודה יהרג וכתיב זובח תודה יכבדני תודה i. e. *Tradunt Magistri, quinque fuisse discipulos Jesu,* qvibus ex literis nominum omina prædicta, nimirum *Matthai, Nekai, Nezer, Boni & Thoda. Addu xerunt Matthaum* (ceu mortis reum) *cui dixit: Matthaus occidetur, secundum illud: Qvando* (Mathai) *veniam & videbo faciem Dei?* (*Ps. xl. 3.*) *Respondit ipsi* alius. *Imò Matthæus non interficietur, scriptum enim est: Qvando* (Mathai) *morietur & peribit nomen ejus? Ps. xli. 6. Addu xerunt Nekai, cui dictum: Interficietur Nekai, qvia scriptum: Insontem* (Neki) *& justum non perimes* Exod. 23. 8. *Resp. Imo non perimetur Nekai secundum: Illud in oculis interficit insontem* (Neki) Pf. 10. 9. *Addu xerunt Nezer, dictum qve est ipsi: Nezer occidetur, uti scriptum est: Surculus* (Nezer) *è radicibus ejus effarefcet* Es. 11. 1. *Respondit illi: Non interimetur Nezer, qvia scriptum est: Tu autem omi-*

Digitized by Google

abjectus es è ſepulcro tuo veluti ſurculus (Nezer) *abominandus* Eſ. 14. 19. *Adduxerunt Bnni dictumqve ei: Buni trucidabitur, ſcriptum enim extat: Filius meus* (Beni) *primogenitus Iſraël*, Exod. 4. 22. *Dixit illi: Buni non occabitur, qvia ſcriptum eſt: Ecce ego occidam filium tuum* (Bincha) *primogenitum tuum* Exod. 4. 23. *Adduxerunt* ſimiliter *Thoda: Interficietur Thoda, qvia ſcriptum eſt: Pſalmus ad laudem* (Thoda) Pſ. 100. 1. *Reſpondit illi: Thoda non trucidabitur, ſcriptum enim eſt: Sacrificans* (Thoda) *laudem bonorat me* Pſ. 50. 23. Ubi partim notanda eſt depravatio nominum: nam Matthai Matthæum, & Thoda Judam Thaddæum eſſe apparet, qvosnam verò per Nekai, Nezer & Buni intelligant, ſcrupulosè non inqviremus, licet Buni qvidam ex Bonaerges deducant, & Nekai ex nomine Simonis Kannæi (Καναίτε) depravatum eſſe videatur; partim abſurdiſſimum illud commentum de colloqvio, ubi Chriſtus Apoſtolis ſuis mortem prædicere & hi ſibi vitam polliceri ex plane contrariis vaticiniis frivolè finguntur à Talmudiſtis, ut exoſi reddantur: vel etiam (qvò abit Gloſſator Talmudicus) ob metum nationum, inter qvas vivebant, fraudem occulerent. Nugaciſſimam verò fabellam à Talmudiſtis ex Joh. 21. 22. 23. ubi Petrus de ſorte Johannis ſciſcitatur, extructam eſſe exiſtimat Vorſtius *l. c p. 261.*

Th: 15. Sic etiam Jacobus commemoratur *Tract.* עבורה זרה (qui totus in editione Baſil. omiſſus) *c. 1.* לפני אידיהן *fol. 17. 1.* אמר לו עקיבא

עקיבא הזכרתני פעם אחת הייתי מהלך בשוק העליון של ציפורי ומצאתי אחד מתלמידי ישו הנוצרי ויעקב איש כפר סכניא שמו אמר לי כתוב בתורתכם לא תביא אתנן זונה מהו לעשות היכון בורית חכמה לכה זלא אמרתי לו כלום אמר לי כך למדני ישו הנוצרי מאגן זונה קבצה עד אתנן זונה ישוב ממקום הטנופת באו למקום הטנופת וילכו ויזנאכי הדבר יפה עד זה נתפתחי למיכו׳ועברתי i. e. *Dixit ipsi Akiba: In memoriam revocas mihi, quod aliquando ambulavi in platea superiori Siporii & offendi quendam ex discipulis Jesu Nazareni, cujus nomen Jacobus Sacanienſis. Dixit ad me: Scriptum extat in lege veſtra: Non adduces mercedem meretricis* (Deut. 23. 18.) *An forte licet pro ea conficere latrinam Sacerdoti magno? At ego ipſi ne verbulum quidem reſpondi. Perrexit: Sic docuit nos Jeſus Nazarenus. Ex mercede meretricia colligitur, & ad mercedem meretriciam redeat* (Mich. 1. 7.) *Sic quæ ex loco immundo venerunt, ad locum immundum redeant. Sed profuit mihi* (ſilentium ſc.) *ne ſollicitarer ad hæreſin, quæpropter abii.* De eodem Jacobo alibi narratur, quod aliquando Benדמא a ſerpente morſum in nomine Jeſu ſanare vol uerit, quod ipſum tamen inhibuerit R. Iſmaël & alterum potius mori ſiverit. Hiſtoria narratur in עבורה זרה *f. 27. c. 2.* ואין מתרפאין מן המינין) אפילו לחיי שעה מעשה בבן דמא בן אחותו שלו׳ שנשכתו נחש ולא

ובא יעקב איש כפר סכניא לרפאתו ולא
הניחו ר' ישמעאל ואמר לו ר' ישמעאל
אחי הנח לו וארפא ממנו ואני אבוי מקרי
מן התורה שהוא מותר ולא הפסיק לגמור
את הדבר עד שיצאתה נשמתו ומת

i. e. *Non eſt conſultum ſanari ab hæreticis, licet poſſint prorogare vitam temporalem. Accidit aliquando Ben Dammæ ſororio R. Iſmaëlis, ut à ſerpente morderetur. Venit autem Jacobus Sacanienſis* (unus ex diſcipulis Jeſu Nazareni, ut notat Raſchi) *eundem ſanaturus,* (ſc. in nomine Jeſu) *ſed R. Iſmaël noluit eum admittere. Dixit ad hunc* (Ben-Damma ægrotus) *Mi frater R. Iſmaël, ſine qvæſo eum, ut ſanet me, ego producam locum S. Sæ, qvod id licitum ſit. Sed Iſmaël noluit ipſi concedere, ut hanc rem effectam daret, usqvedum efflaret animam & moreretur.* Idem verò hic Jacobus *c. 2.* אין מעמידים *fol. 28. 2.* dicitur יעקב מינאוי *hæreticus* & celebri Rabbino nomine Aſhu venenum propinare voluiſſe dicitur. Hunc cum Apoſtolo eundem non eſſe (ne Chriſtiani Apoſtolos à Judæis pro hæreticis vel veneficis haberi putent) probatur *in gloſſa marginali l. c. p. 17.* h. m. *De Jacobo Sacanienſi neceſſe eſt dicere qvod non fuerit idem cum Jacobo hæretico, cujus mentio fit* זע"ז *c. 2. qvi toxicum miſcuit R. Aſhu, cum ſceleſtus ille non vixerit hucusqve: verum videtur, qvod* Jacobus Sacanienſis *iſte fuerit, qvi venit ad ſanandum Ben-Damma. Jacob verò hæreticus,* cui res fuit *cum R. Aſhu, poteſt ille eſſe, cujus mentio fit in Cholin c. Kiſs. haddam.* Σο-

φὸν ſcilicet φάρμακον! Qvaſi nos tàm obeſæ naris vel obtuſæ mentis eſſemus, ut Jacobum diſcipulum Jeſu & medicum, cum alio Jacobo hæretico, qvi medicaminis loco venenum miſcuit Rabbino, non haberi pro eodem à Judæis, credere poſſimus. Effugium de temporis diſcrepantia & vanum eſt & fictum. Unde facilè apparet, qvàm pronè in ſpongiam incumbant omnes illi prætextus, qvibus malam cauſam palliare voluit *Salman Zebi*, cujus verba ex Cl. Wagenſeilii *Sota p. 1054.* adſcribere nobis ſenio non erit: Ich hab groſſe Müh und Fleiſs für gewendet und mehrer theils den Talmud durchgangen, und hab zehen עדים נאמנים gefunden, daſs der Jeſchu, davon unſer Talmud an etlichen Orten Meldung thut, nit dieſer Jeſu ſein kan, an den die Chriſten glauben, und mus vor dieſem noch ein ander geweſt ſein, der Jeſchu geheiſen und von den Jüden getödtet worden is; das will ich dir fleiſsig darthun. Kanſt du mir darwider beweiſen, ſo will ich mich gern geirret haben.

Erſtlich bekennen alle Völker, und bezeugen alle Chronicos, daſs das בית שני vierhundert zwanzig שנים und etliche חדשים geſtanden ſey, bis Titus und Eſpaſianus die Römer ſolches חריב gemacht haben. So ſchreibt עולם מדר förderſt der Talmud und alle ספרים daſs ישוע נוצרי der Rebbi von פרחיה יהושע geweſen is. Dieſer R. Jehoſchua Ben Perachja und שמעון בן שטח die haben gelebt im Jahr ויפאות

לבריות כא שניים ו מאות גאלפין
עולי nach der Jehudim חשבון nach, und
בורג nachdem das המקדש הלגשינו gebaut is vvorn. Dieser ist der Rebbi von dem Jeschu, der im Talmud geschrieben steht. Jesc hua Nozri aber, an den die Christen glauben, is vermög ihres Evangelium, in Zeiten des König Herodes geboren vvorden. In denselben Zeiten haben gelebt Hillel und Schammai, vvohl hundert und dreisig Jahr nach den obgemeldten Jehoschua Ben Perachia, vvelcher des Jesu Rabbi gevvesen, der im Talmud steht. Das vvill ich hier den דורון und Geburt Linien nach beweisen.

Sich פרקי אבות c.1. steht שמעון הצדיק der vvar einer aus der כנסת גדולה es vvar einer aus der grossen Versamlung die mit Esra, aus Babel gezogen seyn, gen Jerusalem, dieselben haben unser תפילה gemacht. Dieser שמעון הצדיק hat gelebt in Zeiten Alexander Mokedons vvie Josippon schreibt, in dem Tosephos der Römern. Den שמעון hat Josippon, und Alexander Mokedon Ido geheisen, und is hochgehalten gevvesen, vvie alle Chronicos schreiben. Das vvar ein דור oder Geburth. Das ander דור und Geburth lini vvar Antigonos von Socho. In seinen Zeiten haben die verfluchten Zaddukim, die die Völker und auch die Christen im Evangelio Sadducer nennen, angefangen. Das dritte דור oder Geburth vvar Jose Ben Joëser einer von Zarida und auch Jocha-

nan einer von Jeruſchalaim. Nach ihnen vvar Joſchia Ben Perachia dieſer vvar der Rebbi vom Jeſu, davon der Talmud ſchreibt. Das is das vierdte Geburth, das vvar 207. Jahr von dem הורבן בית שני. Das fünfft Geburth Juda Ben Tabai und Schimon Ben Schetach. Das ſechſte Geburth von שמעון ואבטליון. Das ſiebende Geburth von Hillel und Schamai. Dieſe haben gelebt in den lezten Zeiten des König Herodes. In den Zeiten vvird geboren Jeſchua Nozri zu Bethlechem in Juda, damit ſein Juden und Chriſten einig. Alſo befindet ſich daſs zvvey דורות oder Geburth zvviſchen den Jehoſchua Ben Perachia, vvelcher des Jeſu Rebbi gevveſen is, und bis auf Hillel und Schamai, auf die Zeit Herodis. In derſelben Zeit erſt iſt der Chriſten Jeſchua geborn, und unter Pontio Pilato getödtet vvorden und iſt der Rechnung nach über 130. שנים von R. Jehoſchua Ben Perachia des Jeſu Rebbi, bis auf Jeſchu der Chriſten Maſchiach Geburth: So müſt Jeſchua Nozri über 130. Jahr alt ſein gevveſen, vvie er נידון vvorden is, daſs doch iederman vveis, er nicht älter als 33. Jahr gevveſen is. Das is nun ein ſtarke Bevveiſung, daſs der Jeſchu von dem der Talmud ſchreibt, ein ander Jeſchu gevveſen iſt. Zum andern ſagt התלמוד Sanhedr. דף 44. da er redt von dem מסית und מריח es ſey einer gevveſen, der habe Jeſu geheiſen, den hab man mit erſten verſteinigt und darnach aufgehenkt. So is doch Jeſchua Nozri lebendig, לפי דברי Evangelion aufgehenkt

henkt vvorden. Es ſteht im gemeldten Orth, man hab 40. Tag ausgeruffen, man vverd Jeſchu verſteinigen, vvelcher ihm ein זכות oder טובת zu ſuchen oder ein vvarhafftig Zeugnis zu ſagen vveis, der ſoll kommen und daſſelbig anzeigen. Der Jeſchua aber, an dem die Chriſten glauben, is in Eil ohn Verzug gefangen, und am andern Tag getödt vvorden, vermög Evangelion, Matthæus, Marcus, Lucas. Das viert ערות ſchreibt התמיד an gemeldten Orth in Sanhedrin, Jeſchu hab fünff Talmidim gehabt. So hat doch Jeſchu Hannozri 12. Talmidim gehabt. Die fünffte ערות dort nennt er die fünff Talmidim mit Nahmen. Der erſt hat geheiſſen מתי der ander נקאי der drit נעצאר der viert בוני der fünfft תודות. Die Talmidim von Jeſchu Nozri haben keine ſolche Nahmen gehabt ſondern Jochanan, Peter, Paulus, Lucas, Martin, Judas וכו'. Das ſechſt ערות. Es ſchreibt bemeldter Talmud, daſs man zu Jeruſalem alle fünff beſagte Talmidim hab דן gevveſen auf Anklag der Jüden. Aber die Talmidim von Jeſchu Nozri ſein hin und vvieder גירון gevveſen, von den heidniſchen מלכים vvie in den Apoſtelgeſchichten zu finden is. Dort ſchreibt der Talmud auch daſs man Jeſchu בדין תודות fei דן gevveſen, man hat ihn verſteinigt und darnach aufgehenkt. Aber Jeſchu Hannozri, der unter dem Gevvalt Pontii Pilati gerichtet vvorden is, der vvar ein Stadtpfleger zu Jeruſchalaim, von den Römern geſezt, derſelbig hat Jeſchua Nozri

vvieder דין תורה und aller Juden gevvohnheit richten laſſen und lebendig an das צלם gehenkt, das is dem דין תורה ſchnurſtracks zuvvieder. Denn vvir haben mehr nit als ארבע מיתות mit dem man hat דן gevveſen in der תורה geſchrieben: הוינו כקילה שרפה הרג וחנק Das is ſteinigen, verbrennen (Videtur deeſſe tödten mit dem Schvvert) und ervvürgen oder mit dem Strang richten. Weil vvir aber dazumal unter der Römer Gevvalt gevveſen ſein, haben ihn die Römer nach ihrer Gevvonheit an das צלם geſchlagen, vvelches bey ihnen gar gemein gevveſen, vvie Joſippon ſchreibt, und ſagt, vvie er einmal ſei fürgereiſt und hab etlicher ſeiner bekannten am צלם hangen gefunden, die noch gelebt haben. Die hab er ledig gemacht. So kan ja dieſer Jeſchu, von dem die Gemara ſchreibt, der Chriſten Meſſias nit ſein. Zum achten: In vielbenannten Talmud Sanhedrin daf. 66. ſteht geſchrieben, daſs Jeſchu zu Lud in einer Stadt, die alſo geheiſſen hat, gefangen und נירון vvorden, Jeſchua Nozri aber is zu Jeruſchalaim nitpas und נירון vvorden, vvie Juden und Chriſten bekennen. Zum zehenden, ſo ſteht im Talmud Sota daf. 47. Jeſchu hab einen Ziegelſtein für einen עז aufgeſtellt und ſich dazu geneigt und demſelbigen gedient. So finden vvir aber nirgends, daſs Jeſchu der Chriſten Maſchiach Abgötterey gedient hat, oder anders einen zugeruffen hat, dann dem Vater. Alſo daſs die zehen Unterſcheid zvviſchen den Jeſchu daſs der

Tal-

Talmud ſchreibt und der Nozri Maſchiachis, und kan bey mir unmüglich gefunden vverden, daſs dieſer der Jeſchu is, an den die Chriſten glauben. Und vvann nichts vvär als der erſt Zeug vvelcher bevveiſt, das Jehoſchua Ben Perachia und Schimon Schetach in der Chaschmonim Zeiten gevveſen ſein, vvelche die Chriſten Maccabeer nennen, zu der Zeit vvar auch Esra und ſeine Geſellſchafft, der unſer Tephila gemacht hat, nit lang nach der geulah von Babel in Zeiten Schimon Hazzaddik, das bezeuget Joſippon und alle סופרים נאמנים So iſt der Jeſchu davon die Gemara ſchreibt in ſelben Zeiten gevveſen vvol 130. שנה vor dem Jeſchua Nozri der Chriſten Maſchiach, vvelcher erſt in Zeiten Herodes Hillel und Schammai nit lang vor dem Chorban geborn vvorden. Drum ſage ich nochmal vor meine Perſon, daſs unſer Talmud von einem andern Jeſchu geſagt hab. Alſo finden vvir nichts von ſeinen Geſchichten, allein vvas Joſephus in dem Buch, das er den Römern gemacht hat, geſchrieben, da er von Johannes den Tauffer vvas Meldung thut. Daſs aber unſre Eltern ſo gar nichtes von ישוע der Chriſten Maſchiach ſchreiben, is die Urſach, daſs keinen Juden nichts mit gedient is. Das Wiederſpiel aber es möchte leicht einer geſchrieben haben, daſs uns zu unſtatten und zu argen ausgelegt vvird, vvie leider uns täglich geſchicht. Denn unſre Eltern und Talmudijim haben geſehen, daſs ſich die Chriſten Religion von Tag zu Tag ſtärkt, ſo haben ſie, ſo viel

viel ſie gekönt haben innen gehalten. Verum enimverò qvid ad iſta *κρησφύγετα* reponendum ſit, facile ex antè dictis §. *4. 5. 7. 14. 15.* conſtare poteſt.

TH. 16. Producendæ jam qvoqve fuſius eſſent atrociſſimæ calumniæ, qvibus *in Chriſtianos* Judæi deſæviunt, verùm ſub manibus præſens crevit materia. Qvare ſufficiat breviter indicâſſe nos ab iis haberi & appellari 1. מינים, תועי רוח & אפיקורוסין *hæreticos*, ceu probat Buxtorfius *Lex. Talm. p. 1793. 2618. 1201.* Hotting. *Theſ. Philol. l. 1. c. 1. ſect. 7. p. 49. 50.* G. H. Vorſtius *ad R. Maimonidis Hilcoth jeſode hattora p. 83. 2.* אחרים i. e. *alios, profanos, à cœtu Eccleſiæ ſecluſos.* Vid. Hotting. *l. c. p. 51.* & Buxtorf. *l. c. p. 61, 3.* טמאים *immundos.* Buxt. *Synag. Jud. p. 398.* Id qvod & *ex Talmude* facilè probari poteſt. Ita nimirum legimus in Avoda ſacra c. 5. חשוכר את הפועל f. 72. 2. ההוא גברא דאסיק חמרא בגנשתא דבר גשתא אתא גוי אנח ידיה אגישתא אסירא לכוליה חמרא i. e. *Vir qvispiam eduxit vinum è ſiphone in aliam fiſtulam; venit Chriſtianus & contigit manu ſua fiſtulam, hinc illicitum fuit totum vinum.* Conferri qveunt Münſterus *ad Ev. Matth. p. 110.* Et Buxtorf. *L. T. 1879.* גוים *Gentes*, *καθ' ἐξοχὴν*, cum Turcas ישמעאלים appellent, alios aliter. Imò (qvòd ridiculum) Chriſtianum in individuo *Goi* & Chriſtianam *Goia* appellare ſolent, uti oſtendit Buxtorf. *L. T. 402.* & comprobat recutitorum praxis qvotidiana. Et qvibus aliàs Chriſtianos inſigniant

Digitized by Google

ant titulis & proſeqvantur euphemiis, refert Ern. Ferdinandus *p.75.ſ.* Qvin verò nos Edomæos vocitent, infrà ex profeſſo dicemus.

Th. 17. Et ut verborum faciamus compendium, Chriſtiani ipſis ſunt homines ſcelerati, nefarii, perfidi & deſperatæ pravitatis. Ne qvis hoc gravius in ipſos dictum exiſtimet, in rei fidem unum atqve alterum locum Talmudicum adducere non gravabimur. In *Tract. Avoda Sara c. 2. f. 25. 2. Tradunt Rabbini: Si contingat ſociari cum Judæo Chriſtianum* (talem enim נָרִי vocant) *in via, jungat eum ad dexteram. R. Iſmaël Fil. Jochanan Ben Broka dixit: Si gladio inſtructus ſit Chriſtianus, jungat eum ad dextram, ſi verò baculo, ad ſiniſtram ſuam: ſi aſcendant per gradus aut deſcendant ad locum declivem,* caveat. *Iſraelita, ne ipſe ſit inferior, & Chriſtianus ſuperior, verum ipſe potius ſit ſuperior & Chriſtianus inferior, neq; incurvet ſeſe coram eo, ne contundat cranium ipſius. Si qværat qvorſum tendat, comminiſcatur longam viam, &c.* Sic *ibid. p. 22. in Miſchna: Non conſtituunt beſtiam in hoſpitiis Chriſtianorum* (hî illis *Gojim*) *qvia ſuſpecti ſunt de beſtialitate, nec adjungat ſe illis fœmina, qvia ſuſpecti ſunt de ſcortatione, nec qvisqvam cum iis converſetur, quia ſuſpecti ſunt de effuſione ſangvinis.* Et ſic *f. 26.* ajunt: *Mulier Judæa ne aſſumat obſtetricem ex Chriſtianis, qvia ſuſpecta ſunt de infanticidiis.* Qvid verò ſcribant de virginibus Chriſtianorum, ut caſtis mentibus ſuus conſtet honor, referre ſuperſedemus. Vid. Buxtorf. *L. T. 370.*

Th. 18.

TH. 18 Cæterùm cum omnia perſeqvi non liceat, qvæ aliàs calumniosè ab iis in noſtram religionem dicuntur, contenti erimus, ſi pauca tantummodò delibaverimus; ex qvibus in proclivi erit λέοντα ἐξ ὀνύχων cognoſcere. *Feſta* noſtra enumerantur in *Tract. Avoda Sara: Hæc ſunt feſta Gentilium Calendæ, Saturnalia, Qvadrageſima & Dies natalitius regum &c.* qvàm contemtim de hiſce ſentiant, videre eſt ex ejus loci *Gemara* nec non ex *Annot.* Majm. *ad Miſchnajot* in fine adjectis *f. 78.2.* Conferre etiam licebit Buxtorf. *Lex. Talm. 707. 1461. 2043. 2133. &c.* *Templa* noſtra appellant בָּתֵּי תִרְפֻּיוֹת & בָּתֵּי תִפְלָיוֹת pro בָּתֵּי תִפְלָיוֹת *Domos ſtultitiæ & turpitudinis, & Scholas* בתי אבידן *Domos perniciei.* Vid Id. *p. 8. 1087. 2621. Sanctum Evangelium* vocant און גליון *Aven-gelion, revelationem vanitatis*, vel עון גליון *Aven-geljon, iniqvitatem librô conſcriptam, in Talm. Tr. Schabbat f. 116. 1.* Conf. Buxtorf. *l. c. 42. Baptiſmum* המיון הזרונים *Aqvas ſuperbiſſimas* dicit Abarbenel. *Panem Euchariſticum* R. Lipman vocat *pollutum*, qvod collocetur in loco, ubi aliàs ſepeliuntur mortui. Et ſveta ſacrorum noſtrorum & alia nomina frivolè paſſim detorqvent in pesſimas ſignificationes. Sic in עץ *f. 46. 1.* dicitur: *Si aliqvis velit dicere* פני המלך *facies Regis* (ſc. Chriſtiani) *illum dicere debere* פני הכלב *facies canis.* R. Bechai *f. 198. 1. in Pent.* ſcribit: *Si nomen Eccleſiæ alicujus ſit* בית גליא *Domus excelſa, eam dicendam eſſe* בית כריא *Domum humilem,* vel

vel ut alii vocem exponunt, *haram* vel *latrinam*. Conf. Buxtorf. *L. T. p. 1087.* Sic *diem Dominicam* vocant יום אורם *diem calamitatis Christinorum*. V. *Ammude golaf. 9.2.* Et vox אירא ut כנוי גנאי & per ludibrium exprimit festa nostra in *Avoda Sara*. Sic ex mera petulantia פסח seu Pascha Christianorum in suis Calendariis vocant פַּסָּח Sanctos nostros pro קְרוֹשִׁים appellant קָדְשׁוּם *Cynædos* & Sanctas קְרֹשׁוֹת vocant קָדְשׁוֹת *Scorta &c.* Et cui enumerare omnia vel volupe esset, vel possibile? Vid. hic libri ab iis nobis directè oppositi, qvales recenset Hotting. *Bibl. Orient. p. 21, 22.*

Th. 19. Anteqvam verò tractationum hanc nostram obsignemus, aliqvantò penitiùs inqvirendum putamus in causam, qvare Judæi Christianos vocitent *Idumæos*, Regnum Romanum *Idumæum*, Romamqve *Bozram* regni velut metropolin. Ejus rei testimonia qvi desiderat, Buxtorfium Lex. Talm. p. 30. & 2227. Helvicum Dispp. Giess. T. IV. p. 246. Gersonem Talm. P. I. c. 17. p. 104. aliosq; adire potest: In Rabbinorum autem scriptis mediocriten versato res est notissima omnium. Conf. Raschi, Kimchi & Abarbenel ad Obadiam. Neq; longinqvis opus est conjecturis vel multis divinationibus ad pervestigandam Apellarum intentionem, cum qvivis facilè assequatur, in nos hanc cudi fabam & insulsissimo commento isto Iliada malorum, funesta sc. qvævis, Idumæis olim à Prophetis prædicta, nostris intentari cervicibus. Id verò mirum alicui videri qveat, qvo tandem jure

jure qvave injuria nos pro Idumæis habeant? de qvo in Comm. noſtro in Obadiam dicta hic repetere non intempeſtivum fuerit. Hic verò videas, in qvot partes Judæorum Magiſtellos rapiat, ſpiritus vertiginis! ut tritum illud jure uſurpare, qvoamus: Τὸ ἀληθὲς ἓν, τὸ ἢ ψεῦδος πολυγλωσσίας ἔνεκα. Primo R. Nachmanides *in Gen. f. 42. 2.* R. Bechai in Pent. ſect. ויגש *f. 6. 1. 2.* & Noſter *ad Eſ. c. 34. f. 53. 4.* aſſerunt *Janum* Latii Regem primum fuiſſe Idumæum, Eſavi ſc. nepotem; unde concludunt Gentem Latinam coloniam Idumæorum & Romanos Idumæos eſſe. Narrant verò ex *Joſepho Gorionide*, qvem magni nobis fieri perſvaſi ſunt, Duces Idumæos Joſepho Cananæam petenti illicvé Patrem ſuum ſepulturo tranſitum denegaſſe, ſed prælio victos & unum nomine *Zephonem* nepotem Eſavi *Gen. 36. 15.* à Joſepho in Ægyptum abductum eſſe, poſtea fugâ ex Ægypto elapſum ad Annium Regem Carthaginis veniſſe, cumqve ab eo Dux militiæ contra Italiæ populos conſtitueretur, commodâ arrepta occaſione cum ſuis deſciſſe ad Italos, à qvibus Rex Salutatus & nomen *Jani*, i. e. *Saturni* (ſecundum Abarbenelem) adeptus fuerit, deq; nomine ſuo Genuam conſiderit, & 50. ann. in Campania regnarit: Vide & Zennorenna p. 65. 2. *Reſpond.* Qvamvis γνήσιοι Chriſtiianis parum decederet, ſi ex Antichriſti ſede *Boznam*, ex Antichriſto *Idumæum* qvin *Eſavum* ipſum, & ex ejus pullis Jeſuitis *Eſavitas* effici pateremur, cum moribus tales referant, ut demonſtrat B. Geſnerus *in Obad. f. 75. 3.* qvia tamen Ju-

Digitized by Google

Judæi nimis latas inde nectunt consequentias, nihil ipsis temere concedemus. Notamus ergò 1. illa, bene etiam monente Buxtorfio *Mantiss. ad Colleg. 399.* in editione Basileensi *Hispaniana* Jos. Gorionidis non comparere, & quærenda fortean adhuc esse in Veneta, quæ observante Scaligero *Elench. Tribar. c. 4.* Basileensi ab initio & fine pleniorest. 2. Licet tale quid in editione Veneta reperiretur. Josephus tamen Gorionides ejus apud nos authoritatis non est, ut hoc ipsi statim assentiamur. Flav. Josephum meritò magnificamus, quandocunque verum dicit. Neque tamen eum eo idem est Jos. Gorionides. Nam Flavii pater fuit Mathatias, avus Josephus: *vit. Jos. p. 1.* Gorionidis vel pater vel certè avus Gorion. Tum Flav. Josephus semetipsum satis apertè ab altero illo distinguvit *de Bello Jud. l. 2. c. 25. & l. 4. c. 5.* Denique hic illi sæpe contradicit. E. g. de causa interfectii Johannis conf. Flav. Josephus *Antiqv. l. 18. c. 7.* & Gorionides *l. 5. c. vlt. ab init.* Hinc Gorionidis historiam hodie exstantem jamdudum *Scaligero* convicerunt Scaliger *Elench. Tribar. c. 3. n. 37. c. 4. n. 42. c. 18. n. 139. f.* Il. Casaubonus *contra Baron. Exerc. 13. n. 36. & Exerc. 16. n. 154.* Gerh. Joh. Vossius *de Histor. Græc. l. 2. p. 197.* Joh. Druius *de q. fabl. l. 1. c. 8. p. 60.* Possevinus *Apparat. v. Megesippus*, Franc. Ribera *Comm. in Obad. n. 110. p. 340.* Const. L'Empereur *in Middot. Pref.* Ant Hülsius *Theol. Jud. l. 1. P. 1. p. 128. f.* & alii. 3. Et ipsum mendacium, qvisqvis ejus tandem fingatur author, semet prodit & confodit. Sufficiat pauca

in rei fidem produxiſſe abſurda. Abarbenel ait Zephonem ex Ægypto fugiſſe ſexto à morte Jacobi anno. Is verò juxta Nachmanidem & Bechaium aufugit demum poſt mortem Joſephi, i. e. 54. poſt mortem Jacobi anno. Gorionidem tamen allegant omnes, qvem fortè nemo eorum vidit, cum iſta ſcriberent. Et tempus repugnat, qvo minus Zepho poſſit eſſe Janus (qvem imperite cum Saturno Abarbenel confundit) ubi inſignem Abarbenelis impoſturam detexit Hülſius *l. c. p. 135.* 4. Ipſe Abarbenel *l. c.* fatetur Italos conditos eſſe à Cittim nepote Japheti, qvî ergo derivari poſſunt à Zephone, nepote Eſavi, è poſteris Semi? Reſpondet, Zephonem cum ſuis Italos mutâſſe in Idumæos. Mira *μεταμόρφωσις*! Et qvid ſi Itali paucos advenas Idumæos mutaſſent in Italos? *λῆρος*. 5. Deniqve tota fabula jugulatur ab aliis Abarbenelis contribulibus. Nam in Jalcut *P. 1. p. 50 c. 1. med.* Beth Iſraël ex *Sota c. 1. comm. 46.* & Zennorenna *Sect.* וירח *f. 65. c. 3.* narratur, filios Ismaël, Eſau & Keturæ veniſſe cum Joſepho pugnaturos, ſed cum diadema Joſephi viderent feretro Jacobi impoſitum, ſingulos diademata ſua capitibus depoſita eidem feretro impoſuiſſe. Nemo ergò pugnavit, nemo captus, nemo fuga elapſus eſt in Italiam. Cadmæi fratres inter ſe prælia miſcent! II. Simile commentum proponit ex Gor. Abarbenel *l. c.* nim. *Magdielem* ex Eſavi poſteris, primum eſſe Romani tractus conditorem. E. Romanos eſſe Idumæos. *Reſp. 1.* Hoc, qvicqvid eſt, gratis aſſeritur. Rationes nobis dari volu-

volumus, non verba. Imò ſubit mirari, quâ fronte inconſideratus Rabbi contradicere poſſit Talmudi Hieroſ. in quo *Tr. 13 c. 1.* Remus & Romulus urbis Romæ prima poſuiſſe fundamenta ſatis diſertè dicuntur. Verba hæc ſunt: *Die quo erexit Jeroboam duos vitulos, venerunt Remus & Romulus & ædificarunt duo tuguria Romæ, &c.* Sed fortaſſe Magdiel eſt Romulus? fortaſſe tamen non eſt: certè Abarbeneli poſtea Magdiel eſt ipſa Roma. Jamdudum verò Judæi nugaciſſimis fabulis ſuis de origine Romæ, qvas vide ſis apud Buxtorfium *Lex. Talmud. c. 2230.* fidem ſuam decoxerunt. 2. Sed ſit ad tempus vera, qvæ narratur, fabula: fuerit Magdiel & ipſa Roma & primus Romæ conditor & habitator, num propterea omnes Romani & Itali erunt Idumæi? nonne ſic & Iſraëlitæ occupantes Cananæam fuiſſent Cananæi, hi qvippe primi fuerint gentium conditores eranc.? *Ali potuerunt poſtea Idumæi colonias in Italiam ducere:* Sed & non potuerunt. Duxerint tamen: qvoties qvæſo Italia mutavit incolas & ab aliis ſubacta eſt populis, ve teribus puſis juſſisqve migrare colonis? Allegare poſſemus Græcos, Gallos, Gothos, Hunnos, alios. Qvamdiu ergo Itali Idumæi fuiſſent? Apage itaqve ineptias. III. Nihilominus Abarbenel *l. c.* pro ingenii ſui acumine alium proponit σοφισμὸν & *Lotanum* Gen. 36. v. 20. hariolatur fuiſſe Latinum Regem Italiæ. *Reſp.* 1. Nonniſi incerta eſt alluſio. 2. Parum autem cautus Rabbi non animadvertit Lotanum non ex Idumæis fuiſſe, ſed ex Horæis, qvi ab Idumæis

pulſi ſunt Devt. 2. v. 12. IV. Arias Montanus ex Gorionide, citantibus Chriſtoph. à Caſtro *Comm. in Obad. p. 278.* & Corn. à Lapide *ibid. p. 352.* refert, *Æneam* Latii Regem Idumæum fuiſſe, & in Ægyptum, inde in Libyam, & hinc in Italiam fugiſſe, qvod de Jano Saturnové ex eodem Gorionide retulerat Abarbenel. Certè mirum, ſi in tot diſcerptus partes Gorionides qvenqvam in ſuas pertrahat partes. V. Sed nondum fabulandi finis eſt. Etiam *Julius Cæſar*, ubi Rabbinis placet, Idumæus fuit. E. Romani omnes Idumæi, regnumqve Romanum Idumæum, cujus primus Imperator talis fuit. Antecedens aſſerit diſertis verbis R. Dav. Kimchi *ad Joel. c. 3. v. 19.* ומלך קסר אדומי הוא וכן כל המלכים אחרין אשר היו ברומי: *Et Rex* Julius *Cæſar Idumæus fuit, ſimiliter omnes ejus ſucceſſores, qvi fuerunt Romæ. Reſp.* 1. Falſum eſt Antecedens. Julius Cæſar ex notiſſima familia *Julia* Romana prognatus eſt, ut oſtendit Joh. Glandorpius *Onomaſt. Rom. p. 425. ſ.* Et 2. nulla eſt conſeqventia. *Si Romani Idumæi ſunt*, rectè ait Franc. Ribera *Comm. in Obad. n. 5. p. 318. qvia Julius Cæſar Idumæus apud eos regnavit, & ipſi Idumæi dicendi qvia regem habuerunt Herodem, qvem conſtat fuiſſe Idumæum*, ſc. ratione ſtemmatis. Et alibi dicunt ſe non habere regem niſi Cæſarem. Et qvid? num ipſi etiam Idumæi fuerunt Judæi, cum illis David Rex Iſraëlitarum imperaret? *2. Sam. 8. 14.* Conf. B. Geſnerus *in Obad. p. 82.* VI. Imo & Titus Veſpaſianus, ſi Judæis credimus, Idumæus fuit.

fuit. Nam *in Tract. Gittin. c. 5.* vocatur: רשע בן רשע בן בנו של עשו הרשע *Impius* Titus *filius impii* Flav. Vesp. *nepos Esavi impij.* Vid. & Beth Jacob *f. 31. 4.* & Kimchi *Obad. v. 11.* E. Regnum Romanum est Idumæum. *Resp.* Scaliger *ad Chron. Eusebij n. 2152.* ait: *Judæi tàm vetustiores, qvàm recentiores credunt Titum fuisse Edomæum, & ubi de Edomæis aliqvid à Prophetis injicitur, id de Tito sæpe interpretantur. Sed non minus nugas agam, si has fabulas morer, quam ipsi Judæi, qvæ illas comminiscuntur.* Possemus & nos ita eludere commentum, non tamen impunè mentientur Apellæ. 1. Iterum falsissimum est antecedens. Titus Vespasianus ex Gente Flavia Romana prognatus est: Pater ejus fuit Tit. Flavius Vespasianus, avus Tit. Flav. Sabinus, proavus T. Flav. Petronius. Conf. Svetonius *de vita Cæs. c. 10. 2.* Et qvam turpis est ἀναπολόγια: Imperator qvidam Romanus fuit Idumæus. E. Regnum Romanum est idumæum. E. Christiani sunt Idumæi? Septimius Severus Afer fuit. Ergonè nos Afri? Sic Maximinus Thrax, Philippus Arabs, Decius Pannonius, Fl. Claudius & Diocletianus Dalmatæ: E. Christiani omnes Thraces, Arabes, Dalmatæ, & qvid non sient? Transeat proinde fabella Judaica cum altera illa, qva in Gittin *f. 56. 2.* Pirke Elieser. *c. 49.* & Beresch. Rabba *Sect. 10.* nugantur, muscam per nares ingressam esse cerebrum Titi Imperatoris ac per septem annos ipsum miserrimè excruciasse, imò & necuisse, tandemqve ad columbæ magnitudinem excre-

excreviſſe, qvam muſcam duabus libris appenſam ſemet Romæ vidiſſe refert R. Elieſer. Qvi tam impudenter mentiuntur de morte Titi, qvis ab illis diſcat originem Titi? VII. Nec modo ob originem & regimen, ſed etiam ob religionem nos Idumæos eſſe arguunt Judæi non una tamen uſi ratione. Jam aſſerunt Idumæos primos Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe: Hinc ergò Chriſtianos non injuriâ dici Idumæos. Antecedens aſſerit R. Nachmanides, cujus ſententiam ſuo approbat calculo Abarbanel, & addit: *Sine dubio non ex ſeſe hoc confinxit Nachmanides, ſed ita ab aliis accepit. Fortè in annalibus qvibusdam illorum temporum id reperit.* Et R. Aben-Eſra *ad Gen. 27. v. 40.* ſcribit: *Fuerunt homines non admodũ multi, qvi crediderunt in hominem qvendam, quem divino cultu affecerunt. Roma autem cum fidem illam ſuſcepit ſub Conſtantino, qui totam religionem reformavit & illius hominis imaginem in vexillo ſuo poſuit, non fuerunt in mundo, qvi novam illam religionem reciperent præter paucos ex Idumæis. Ideò Romanum Imperium dicitur Imperium Edom. Ita hoc tempore Ægyptii, Sabæi, Elamitæ dicuntur Iſmaëlitæ, qvamvis pauci inter iſtos ſint de ſemine Iſmaël.* Reſp. 1. Falſum eſt Idumæos Chriſtianam religionem primos ſuſcepiſſe. *E Sion exivit doctrina & verbum Dei ex Jeruſalem.* Eſa. 2. v. 3. Joh. 4. v. 23. Judæi itaqve primi fuerunt, qvi veri Meſſiæ novam legem receperunt, noſtris rumpantur ut ilia verpis. Et ſi, ut Abarbenel, ait, Apoſtoli Jeſu primitùs ſeduxerunt Idumæos, certè

Apo-

Apoſtoli (Judæi) jam ante Idumæos religionem Chriſtianam ſuſceperant. Poſteà inter alios, etiam Idumæos, Chriſto adhæſiſſe ex *Marc. 3. v. 8.* manifeſtum eſt. Jam ſi à populo denominandi ſumus, qvi primus ſuſcepit fidem noſtram, Judæi erimus, non Idumæi. 2. Sed fac Idumæos primos Chriſtianos fuiſſe: inde tamen nondum conficitur Chriſtianos qvosvis ob religionem Idumæos dici poſſe. Sectæ alicujus aſſeclæ nomen ſortiuntur à primo religionis authore, non ab hujus primis diſcipulis. Sic olim Sadducæi à *Zadok*: Hilleliſtæ & Schammaitæ à principibus Sectæ *Hillelæ & Schammai* appellabantur. Ratione fidei itaq; dicant nos Judæi Chriſtianos à principe religionis noſtræ, non Idumæos ab obſcuris ejus diſcipulis. 3. Nec ſublevat *Aben-Esra* cauſam ſuam, dum multos (à Judæis ſc.) Iſmaëlitas vocari ait, qvi tamen tales non ſint. Qværitur qvo jure? vocant & nos Idumæos, qvi tamen tales non ſumus. Non omnia proinde Judæorum etyma nobis erunt Evangelia. VIII. Neqve nos movet R. Nachmanidis, R. Niſſim, R. Kimchi & Joſephi Albo *Ikkarim Serm. 4. c. 42.* (qvi omnes poſt 1100. demum à nato Chriſto annum vixerunt,) commentum, Italos videlicet fidem ſuam per כומר *Sacrificulum* qvendam Idumæum accepiſſe. *Reſp.* 1. Ipſemet Abarbenel fatetur, eos non reddere manifeſtas ſuæ aſſertionis rationes. Nobis tàm robuſti humeri non ſunt, ut tot Judæorum mendacia portare qveamus. Et 2. nulla rurſus eſt conſeqventia. Colligemus & nos: *R. Akibæ*, à qvo Judæi bonam

Digitized by Google

partem traditionum ſuarum acceperunt, Proſelytus, ortu Cananæus & qvidem è poſteris Siſſeræ fuit, ut eſt in Juchaſin *p. 41.* & Zemach David *p. 86.* Ergo Judæi ſunt Cananæi & per hos in Scriptura ſacra intelligûntur manentqve eos pœnæ Cananæis prædictæ? Si dixerint Akibam, cum Proſelytus Judæus fieret, Cananæum eſſe deſiiſſe, dicemus & nos Sacrificulum illum Idumæum, cum Chriſtianus fieret, Idumæum eſſe deſiiſſe. IX. Porrò & ex morum ſimilitudine Idumæos nos arguit Abarbenel, cum Prophetis familiare ſit denominare populum qvendam ab alio, cui ille moribus ſimilis eſt, ut Eſaias *c. 1. v. 10.* coævos ſuos vocet principes Sodomæ, populum Gomorræ. Qvinqve autem recenſet capita, ex qvibus Chriſtiani optimè cum Eſavo conferri qveant 1. ut Eſau cum Jacobo eundem habebat Patrem, ita ait nos cum Judæis unum agnoſcere & colere DEUM. 2. Ut Eſau Patrem, ita nos DEUM dolosè & fraudulenter colere. 3. Ut Eſau duxit alienigenas, ita ſe Romanos cum diverſiſſimis gentibus miſcuiſſe. 4. Ut Eſau primogenitura ſuâ privatus corporali modo benedictione potiebatur, ita nos temporalibus tantùm beneficiis frui. 5. Ut Eſau Jacobum, ita nos odiſſe Judæos. *Reſp.* 1. In totâ comparatione nulla vis argumenti deprehenditur. Nil hactenus in nos dixit Abarbenel, qvod non Judæi omnes etiam tribuant Muhammedanis, qvos tamen non Idumæos ſed Iſmaëlitas eſſe volunt. 2. Prophetas qvandoqve denominationem populi à moribus alte-

alterius desumere non negamus: sed denominatio illa ambulatoria est & temporaria, exspirans, si peccatores agant pœnitentiam. *Jer. 18. v. 7. Ezech. 18. 22.* Nisi hoc concedant Judæi, ipsi perpetuò Sodomitæ & Gomorræi erunt, qvia disertè ita ab Esaiâ *c. 1. 10.* vocantur. 3. γνησίως Christianis frustrà objectat Rabbinus talia crimina. Hypocritæ à nobis nullam exspectabunt sui Apologiam. Imò cum in Sacris literis nomine Idumæorum qvivis impii qvandoqve veniant, id qvod & in Prophetia Obadiæ fieri censet Eusebius *l. 5. Præp. Evang. c. 24.* nil causæ dicimus qvin etiam Pseudo Christiani hoc sensu Idumæi vocentur: nil hoc ad nos: impii Troës Rutilive fuant, nullo discrimine habentur. Considerent tamen Judæi etiam suos & Rabbinorum suorum mores (de qvibus egit Gerson *Talm. P. 2. c. 17.*) desinantqve maledicere nobis, malefacta ne audiant sua. 4. Sed attingamus breviter singula. α. Concedit Abarbenel Judæos & Christianos cognoscere & apprehendere eundem DEUM, qvod non ratione conceptus formalis, sed objectivi, verum est: Sed *ad Esaiam p. 71. 2.* nobis haud obscurè impingit Idololatriam. Nos verò licet Judæos à crassâ Idololatriâ gentium lubenter absolvamus, illos tamen ab omni Idololatriæ specie liberos non esse probat Vir Magn. Dn. D. Calovius nunc beatæ memoriæ, *Syst. Theol. T. 1. c. 2. qv. 10. p. 189. & in Epimetr. Syncretism. Calixt.* β. Veri Christiani Deum ἀνυποκρίτως colunt nec ex hypocritarum ingenio sunt

æstimandi. Judæos verò hujus temporis adhærere DEO verâ fide, quæ Abarbanelis vana jactantia est, nemo negat nisi totus mundus. Et quæ delirârunt Romani, præcipuè Christianâ religione nondum imbuti, omnibus Christianis impingenda non sunt. Interim revelato Messia cæteris paribus extra familiam & cognationem uxores ducere impunè nobis licet. Descendant tamen parumper in seipsos Judæi & examinent Genealogiam suam, irreparabilem certè deprehendent confusionem; nec enim qvisqvam eorum hodie post exustas in excidio Hierosolymitano tabulas Genealogicas & tot insectatas eorum per mundi climata dispersiones se verum Jacobi σπέρμα probare vel prosapiæ suæ catenam texere poterit. Et Abarbenel *Præf. ad Propb. Maj.* Judæ & Davidis stemma vanissimè jactitans noviße poterat, Judam olim duxisse Cananitidem, Davidis proavum Moabitidem. Sed & nos novimus multos ex Judæis hodie Davidicam venditare prosapiam, qvi se aliarum nationum spurios esse vel ignorant vel dissimulant. 8. Christiani per DEI gratiam non acqvirescunt in bonis corporalibus, fed profitentur se servos illius Regis, cujus regnum non est de hoc mundo, *Joh. 18. 36.* & noverunt etiam gentibus spiritualia beneficia promissa esse, *Genes. 12. v. 3. 2. Reg. 8. v. 41. 43. Psal. 22. v. 28. Psal. 87. v. 4. 5. Esa. 2. v. 3. c. 49. v. 6. c. 56. v. 3. 7. c. 66. v. 19. 5. Hos. 2. v. 1. 2. Joel. 2. v. 28. 32. Mich. 4. v. 2. Zeph. 3. v. 9. Zach. 2. v. 11. &c.* imò & Judæos immorigeros justo Dei judi-

judicio & ſpiritualibus & temporalibus beneficiis excidiſſe, *Deut. 32. v. 21. Eſ. 2. v. 6. c. 65. v. 1. 2. ſeqq. &c.* Id qvod ipſimet qvandoqve diſſimulare non poſſunt. Certè in Echa Rabbeſi *c. 2. v. 3. f. 72. 3.* dicitur: 10. ſunt cornua 1. *Abrahami*. 2. *Iſaaci*. 3. *Jacobi*. 4. *Moſis*. 5. *Legis*. 6. *Sacerdotij*. 7. *Levitarum*. 8. *Prophetiæ*. 9. *Templi*. 10. *Iſraëlis, ſunt & qvi dicunt: Cornu Meſſiæ --- --- Cuncta capiti Iſraëlis aptata erant. At poſtqvam peccârunt, ſublata ſunt ab ipſis --- & data ſunt gentibus mundi.* Et R. Bechai *in Pent. f. 151.* fatetur abſtuliſſe DEUM omnia beneficia, qvæ Iſraëlitis antea conceſſerat. Conf. Gerſon. *Talm. p. 351. & 373.* 4. Judæorum blaſphemias, & deſperatam malitiam ex animo deteſtamur, perſonis veri Chriſtiani ex animo condolent, earumqve converſionem Deo, piis ſuſpiriis commendant. 5. Facilè deniqve eſt, ea, qvæ affricuit nobis Abarbenel, in Judæos retorqvere E. g. ut Eſau coluit patrem fraudulenter, ita Judæi DEum, ab egreſſu qvippe ex Ægypto usqve ad deportationem Babylonicam affectarunt Idololatriam aliarum Gentium: ut Eſau plures duxit alienigenas, ita Judæi cum aliqvam multis gentibus ſpiritualiter ſcortati ſunt Ezech. c. 16. ut Eſau vili pretio pendit primogenituram ſuam, ita Judæi prærogativam ſuam in temporali executione vocationis univerſalis N. T. *Act. 13. v. 46. &c.* X. Sed jam porrò vix ſine horrore referimus, qvæ Judæi, hosqve inter ipſe Abarbenel, ſine omni pudore effutiunt & aſſerunt, ſc. Eſavi animam, per *μετεμψύχωσιν*, in corpus Chri-

Christi migrâsse, Jesum ישוע κατ' ἀνάγραμμα dici עישן, eundemqve Esavo moribus similem, in desertis degentem, contentiosum hominem fuisse. E. nos ejus discipulos esse Idumæos. Prius Helvicus & Buxtorfius *l. c.* ex secretis Judæorum libris adducunt, sed satis manifestè proloqvitur Abarbenel. *Resp.* 1. Μετεμψύχωσις juxta plerosq; à Pythagoricis & Platonicis primum exclusa, & hinc à Pharisæis atqve Cabbalistis nutrita, nonnisi absurdissimum figmentum est, qvod explodunt Conimbricenses *l. 2. de anim. c. 1. qv. 7. art. 1.* & D. D. Dannhawerus *Coll. Psych. Disp. 1. controv. 5.* Et nescio qvid Judæi responsuri sint ad seqvens dubium: Cum anima numerô una informarit juxta Cabbalistas corpus Adami & Davidis, & informatura sit corpus Messiæ, qvomodo hi tres aliqvando resurgere qveant, ut nulli sua desit anima? Frangant hic genuinos suos. Conf. L'Empereur *in Es. 53. p. 231.* Si talia commenta argumenta sunt, asseremus animam asinæ Bileami in Abarbenelem migrâsse, ut Empedocles, qvi etiam solebat tales esse aliqvid putare nugas, dicebat se olim piscem fuisse. Et qvid sibi vult infelix ille anagrammatismus ישוע in עישן (qvæ vox tamen sine Jod scribenda est) ita ex qvolibat fiet qvodlibet: *Sic* אברבנאל (altero ב dagessato) mihi erit בר נבל אבא *Filius qvi turpitudine afficit Patrem*, ex Targum *Mich. 7. v. 6.* vel בא רבא נבל *venit Magister stultus*, & qvid non? Et in desertis degere si Idumæum facit, annon, Don Abarbenel, majores

res tui, qvi 40. annis in deserto palârunt, Idumæi fuerint? annon Elias *1. Reg. 19. 4.* Esau? Sed & contentiosus erat Salvator noster? veterem audio cantilenam omnibus Prophetis objectam. Sic ipsi Judæi maximè Idumæi, cum passim ut litigiosi describantur. *Exod. 17. 2. 2. Sam 19. 9. Es. 41. 12. Jer. 15. 10.* Salvator noster mitissimus fuit *Esa. 42. v. 1. 4.* Qvod Pharisæos qvandoqve objurgârit, nemo mirabitur, qvi noverit pacem cum impiis colere esse bellum indicere piis. XI. Hieronymus *l. 5. in Esai.* refert qvosdam Ebræorum pro רומה *duma Es. 21. 11.* legisse רומי *Roma* & prophetiam illam ad Regnum Romanum applicâsse. Verum malitiosa ea fuit perversio textus, de qva conf. Corn. à Lap. & Franc. Ribera *in h. l. n. 3.* XII. Sic neqve movent nos testes de domo, *Talmudistæ* & *Targumistæ*, ab Abarbenele adducti, qvi non ignoramus odium Judæorum in Romanos cœpisse, ex qvo horum in illos cœpit imperium. Id ergo in meras deferbuit calumnias, nam ἐκ γὰρ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ *Matth. 12. v. 34.* Translatum verò postea in omnes Christianos, hiqve eodem loco habiti sunt. Et hinc ἐγκλημα illud de origine eorum Edomitica, qvod tamen potiori jure in autores retorqveri posset. Nam Idumæi sub Hyrcano cum Judæis in unum populum coaluerunt & ex eo tempore inter Judæos censeri cœpti sunt, ut ait Flav. Josephus *Antiqv. l. 13. c. 17.* & vocati sunt Judæi teste Ammonio. Gorionides verò *l. 4. c. 4.* ait ומהרים הרומי

Digitized by Google

ההוא והלאה היו מולים ושומרים
משמרת תורת יהודה עד הגולה:

Ex eo tempore & amplius circumciderunt se & observarunt leges Judaicas usque ad deportationem ultimam. Ergò si adhuc puniendi sunt Idumæi, cum Judæis puniantur necesse est. Inde per Idumæos in Obadiæ prophetia Judæos directè intellexerunt Rupertus, Paulus Burgensis & Coccejus: id qvod tamen nos suo relinqvimus loco. Cæterum de superiori argumento nostro ulterius conferri possunt Paulus Burgensis *Addit. Obad. & Esa. 43. & Dan. 7.* qvem ad *c. 34. Es.* Abarbenel refutare conatus est, Petrus Galatinus *Arc. Cath. Verit. l. 4. c. 28.* D. Sal. Gesnerus *in Obad. p. 80. s.* Ribera *in Obad. p. 317.* Joh. Coccejus *in Obad. p. 238.* Ant. Hülsius *Theol. Jud. p. 116. s.* Patet v. hinc Judæos, qvoscunqve malitiæ suæ colores inducant, pessimos esse obtrectatores & inimicos Christi Christianiqve nominis, qvod impræsens ostendisse sufficiat.

EXER-

Digitized by Google

EXERCITATIO VI.

De

MUHAMMEDIS IMPOSTORIS ALKORANO.

הקדמה:

DEformes buccas ſuos etiam habere baſiatores, & nulla tàm abſurda ſententiarum portenta dari poſſe, qvæ non qvandoqve ſuos inveniant Patronos, Muhammedis Impoſtoris Meccani cento ſatis ſuperqve teſtatur. Talia nimirum *φορτικὰ ἀνάσματα* ſycophanta ille obtrudit credenda, qvæ homini ſano ne per ſomnium qvidem in mentem veniſſent. Et tamen, qvod certè ſtupendum & dolendum, agyrta hic non minimam orbis partem in ſuum pertraxit errorem & hodieqve Muſulmannorum, qvos vocant, indies augetur numerus. Operæ itaqve pretium facturos nos eſſe ſperamus, ſi pro ingenii noſtri modulo abortum hunc in apricum producamus, ſcriptiqve ipſius rationem breviter delineemus. Faveat JEHOVA conatibus!

TH. I. Anteqvam ad reliqva accedamus, Alcorani NOMEN primò conſiderandum erit: & qvantum ad *Etymologiam*, conſtat id ex Articulo Arabico ال *Al*, qvi in multis aliis uſu tritis vocabulis, qvalia ſunt *Almanach, Algebra, &c.* penes nos manſit, & ex voce قرآن *Korânon*, qvæ vel poteſt verti *ἀνάγνωσμα*, *Lectum*, *Legendum*, vel *συλ-*

συναγωγὴ *Collectio:* qvia radix قرأ & significat *Legere & Colligere.* Prior notatio nonnullis vel eo nomine arridet, qvod Muhammedani suum Alcoranum Scripturæ sacræ exæqvent, qvam Judæi ex eodem themate מִקְרָא appellant. Ex Arabibus tamen non pauci approbant posteriorem, & Alcoranum à collectione Suratarum sive capitum, qvæ comprehendit, ita dictum volunt adeò ut Alcoranus illis idem sit, qvod *Collectanea* divinarum præceptionum, uti etiam placet Cl. Erpenio *Not. in Hist. Josephi L.* Claud Salmasio *Proleg. in Solinum*, Richardo *Præf. in Conf. Alcorani* aliisqve. Nos tamen potius cum Cl. Golio *ad Gram. Erp. p. 147.* Hottingero *Hist. Eccles.* in priori sententia acqviescimus; Nam 1. non solum integer liber, sed etiam qvælibet ejus particula & Surata ab Impostore Alcoranus vocatur, unde in ipso Alcorano tàm sæpe Alcorani fit mentio: qvo modo autem una qvælibet particula diceretur particularum collectio? Nec 2. ipse Muhammed Suratas collegit vel in certum ordinem redegit, verum præstitit id post eum Abubecer; qvomodo proinde Muhammed hoc nomine ad talem collectionem respexisset? Abundet interim hic qvilibet suo sensu. Dantur autem & qvædam Alcorani Synonyma. Nam *Sumtâ XXV.* & aliàs à Scriptoribus vocatur اَلْفُرْقَانُ *Alfurkân*, non tàm qvod discernat verum à falso, ut hæc Etymologia Muhammedis adulatoribus non displiceat, nec qvod in certas partes divisus & distinctis

tis vicibus è cœlo (si fas est credere) demissus sit, ut volunt Fabritius *Specim. Arab. p. 46.* Levinus Warnerus *App. Comp. Confess. Muhamm. de fide Christ. p. 7.* & alii, sed qvod contineat *Lectiones*, qvas Judæi ex eodem themate מקרי appellant. Sic in *Berachot f. 28. 2.* dicitur: מאי טעמא לא אתיא כר לפקרא i. e. *Quæ causa fuit, ut Dominus non veniret ad lectionem?* Accepisse autem se hoc nomen à Judæis annon cô ipso fateatur Impostor, qvod traditiones Mosaicas oraliter propagatas (ut ab Apellis hauserat) aliqvoties appellat אלפרקאן *librum* (i. e. legem Pentateuchum) & אלפרקאן *Alfarkân* (nim. orales traditiones) *ut forte rectam vitæ rationem prehenderetis.* Vid. & *Sur. 21.* & conf. Seldenus *Proleg. de Successionibus.* Ab Abubecro Alcoranus qvoqve vocatus est מצחף *Muzhaf* i. e. *volumen*, qvod antehac fuerit in hominum pectoribus & separatis schedulis qvasi dispersus, ab ipso autem in justum librum redactus sit, ut est apud Elmacinum *Hist. Sarac. p. 18.* Dicitur & qvandoqve ab ipso Muhammede ذكر *Commemorationis*, كتاب *Liber*, &c.

Tit. 2. Tendimus jam ad rem misso nomine, & ante omnia seqventem præmittimus Alcorani descriptionem: Alcoranus *est liber Pseudodogmaticus ab Impostore Muhammede idiomate Arabico conscriptus & ab Abubecro in ordinem redactus, ut esset Muslumannis norma Religionis & morum.* Jam sin-

gula definitionis membra exponemus. Et cum differentia à cauſis deſumta ſit, de iis nobis eſt agendum. *Cauſam* ergò Alcorani EFFICIENTEM *principalem* Muhammadani faciunt ipſum DEUM, *miniſterialem* Muhammedem: nec diu hic immorabimur recenſendis nugaciſſimis altercationibus Arabum diſputantium num Alcoranus creatus, an verò increatus ſit? conſuli hic poſſunt Viri Clariſſimi Edwardus Pokoke *Not. ad Abul Far. p. 219. ſ.* & Hottingerus *Hiſtor. Orient. l. 2. c. 3. p. 252.* Id autem apud omnes Mahummedenos in confeſſo eſt, Alcoranum eſſe ἀπόρρητον & è cœlo demiſſum fuiſſe qvâdam nocte, qvam vocant אלקדר *Potentiæ*, de qva peculiarem *Suratam* numero XCVII. confecit Muhammed, qvam recenſet Fabritius *l. c. p. 47.* Hanc noctem dicunt mille præſtare menſibus, eaqve omnia à DEO petita impetrari poſſe. Qvomodo verò antilogiam illam conciliare velint, dum aliàs credunt Gabrielem diſtinctis vicibus Muhammedi Alcoranum tradidiſſe & hic eundem totum unâ aliqva nocte è cœlo demiſſum eſſe aſſerunt, eqvidem non apparet, unde ſe hic in varias torqvet partes celeberrimus Alcorani commendator *Beidavius*.

TH. 3. Sed mittimus hæc deliria. Autor & principalis cauſa nugaciſſimi operis eſt Muhammed, de cujus vita & moribus prolixiùs egerunt Greg. Abulfarajius Malatienſis, religione Jacobita, *Sp. Hiſt. Arab. à Pok. ed. p. 6. ſ.* Georg. Elmacinus (qvem itidem pro Chriſtiano habent CL. Golius & Hottingerus) *Hiſt. Sarac. l. 1. c. 1.* Rodericus Ximenez,

Digitized by Google

menez, Archiepiſcopus Toletanus *Hiſt. Arab. per 6. capp.* Leunclavius *Hiſtor. Muſulmann.* Johann. Andreas *de Confuſ. Sectæ Muhamm. c. 1. p. 6. ſ.* Joh. Galenſis, Anglus, *de origine & progreſſu Machometi*, &, qvi fusè omnia proſecutus eſt, Hottingerus *Hiſt. Orient.* Nos præcipua hic ὡς ἐν τύπῳ ἢ συνόψει referemus: *Muhammed* مُحَمَّد dictus à حَمِدَ *deſideravit*, qvaſi ἐράσμιος vel Deſiderius, natus eſt anno *Ær. Alex.* 882. & A. C. 571. (juxta Elmacinum, Abul Farajium, ut & plerosq; Arabes) in urbe Arabiæ Felicis (ut vult Gabr. Sionita *de Urbibus Orient. p. 34.* licet eam aliàs Geographi in deſerta ponant) *Meccâ*. Pater ipſi fuit *Abdallah*, avus *Abdolmutleb*: mater *Emina* filia *Wahebi*, non Judæa, ut vulgò creditur, ſed Koreiſchitis. Parentes ejus celebris familiæ (ut oſtendit Wilhelmus Schickardus *Præf. in Tarich.*) ſed tenuioris fortunæ fuerunt. Patris poſthumus filius & à matre per ſex annos educatus eſt. Qvâ tum etiam defunctâ ab avo Abdolmutleb per biennium & hoc itidem mortuo à patruo *Abutaleb* porrò ſuſtentatus fuit. Cum autem Abu Talib ejusq; uxor *Atecha* viderent, ſe Muhammedi nepoti ſuo aliqvando uxorem ducturo luculentas dotes dare non poſſe, conſultum duxerunt, ut ipſe eas ſibi mercenariis operis acqvireret. Qvo fine Atecha profecta eſt ad nobilem qvandam fœminam nomine *Chadigam*, & ipſi operam Muhammedis detulit: qvæ (in ſomnio jam, ut credunt Arabes, de eo admonita) ſtatim reſpondit: O Atecha, conduco qvidem ſingulos mercenari-

rios meos viginti denarii, Muhammedem verò conducam 50. denarii. Sic Muhammed per aliqvod tempus Chadigæ camelarius fuit & ad merces in Syriam aliaq; finitima loca deferendas adhibitus, tandem verò ab eâdem jam qvadragenaria in maritum expetitus, cum 25. annorum esset. Vixit cum illa in conjugio 24. annis & suscepit ex ea tres filios, sed in infantia extinctos, nim. *Kasem*, *Tahor* & *Moter*: filias autem qvatuor *Fhatemam* (qvæ *Ali* nupsit) *Zeinebam*, *Omcholtum*, *Rakiam*. Hoc ergò conjugio ditatus Muhammed paulatim emergere cœpit: Propheticas autem inspirationes & Ἐνθουσιασμὸς nonnisi qvadragesimo ætatis anno (novem nim. annis ante Chadigæ obitum) jactare & inde schedas suas diversis vicibus spargere cœpit, cum antea Koreischitarum superstitionibus adhæsisset. Chadigâ verò Meccæ mortuâ, cum malè à Koreischitis ob sparsas schedas suas tractaretur, ab illis contulit se ad oppidulum qvoddam nomine Jatrib, qvod deinde Medinat alnabi , civitas Prophetæ, & κατ' ἐξοχὴν Medina dictum fuit. Ab illa fuga Muhammedani peculiarem epocham inchoarunt. Duxit autem postea Impostor alias uxores usqve ad 17. vel, ut alii volunt, ad 21. Varia ab illo tempore patravit bella, qvæ inter celebre est *Badarense* anno à fugâ secundo, de cujus successu Arabes valde gloriantur: anno qvinto contra Judæos & Koreischitas itidem feliciter pugnavit: Septimo in *Chaibarensi* iterum victor aliqvot castella magno cum vitæ difcrimine expugnavit: o-

Digitized by Google

ctavo aggressus est iterum patriam suam Meccam, Marte primò dubio, tandem autem illam occupavit, & sic multa alia confecit: cum verò anno nono ultimam peregrinationem ad Meccanos institueret, redux in febrim incidit, qvæ tandem in delirium degeneravit, inde mortuus est Medinæ, annos natus LXIII. & sepultus domi suæ eo ipso loco, qvo mortuus erat.

TH. 4. Atqve hæc est periodus vitæ Muhamedis Tyranni simul & Pseudoprophetæ, cui meritò ponimus illud *Epitaphium*, qvo qvondam *Bonifacio VIII.* parentatum fuit: *Intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut canis.* Nam & Alcorani sui divinam authoritatem per Stratagemata initiò hominum mentibus instillavit, & deinde doctrinam suam ferro & armis propagavit. Cum posterius ex memoratis bellis pateat, prius à nobis ulterius est detegendum. Miracula Impostor nunqvam fecit, vel facere forte tentavit: unde illa miracula, qvæ à nonnullis Arabibus ipsi, referente *Abulfarajio*, adscribuntur, qvod nim. lunam in duas partes fiderit; qvod, cum in Meccæ convalles prodiret, à lapidibus pisi fit salutatus; qvod inter digitos ipsius orta sit aqvarum scaturigo, numeroso exercitui sufficiens; qvod aliqvando 80. viros paucis panibus manu à qvodam allatis, alia vice totum exercitum paucis datis ylis à puella oblatis faturârit; qvod trabs præ ejus desiderio ingemuerit; qvod camelus apud ipsum de dura servitute sua conqveſtus sit; qvod ovis assa veneno infecta ipsi

dixerit: Cave me comedas &c. confecta omni sunt & ab aliis Muhamedanis rejiciuntur. Ut verò de reliquis judicium fiat, vanitatem primi & ultimi miraculi paucis detegemus. *Surat. 54.* a it Muhammed: אקרבת השעה ואנשק אלקמר i. e. *Appropinquavit* (melius: appropinquabit) *hora, & fissa est* (rectius: scindetur) *luna* quibus verbis signum quoddam ultimi diei describit, imperitiores verò inde occasionem arripuerunt fingendi miraculosum lunæ scissionem, jussu vel Muhammedis ita factam, ut particula ejus in montem ceciderit, pars fe in Muhammedis manica occuluerit. Agnovit hoc Beidavius Alcorani Interpres, unde ait: *Traditur, infideles ab Apostolo DEI quæsisse signum & fissam fuisse lunam* קיל מעארת סנשק יום אלקיאמה *Sed alii dicunt sensum esse, quod die demum resurrectionis hæc fissio futura sit.* De ultimo miraculo quid sit habendum, patet ex relatione *Abul-Feda*, quam producit Pokokius *ad AbulFar. p. 189. Cum Muhammed expugnâsset urbem Chaibar, obtulit ipsi Zaineba filia Haretbi, Judæa, quem veneno infectam* (causam postea rogata, respondisse fertur: Si Rex feu Tyrannus fuerit, ab eo liberabimur; sin Propheta, facilè hoc animadvertet) *cujus cum accepisset frustulum, ac manducatum ore rursus expuisset* (ergò veneni saporem minus gratum gustu sine omni miraculo percepit...) *dixit: Narrat mihi hæc ovis, se veneno infectam esse: Deinde cum morbo, quo mortuus est, laboraret, ait: Non defit me subinde vivere bolus Chaibaren-

Digitized by Google

barensis (cur ergo, malum, ovis ista non prius monuerat mifellum Prophetam, qvàm ipsum inficeret?) *hâc autem vice ipsa cordis fibra mihi rumpunt.* Cæterum ipse Muhammed, si Alcoranum ipsum excipias, qvem ut miraculum miraculorum ostentat, hinc inde ingenuè fatetur sibi miracula concessa non esse & qvoties de iis compellatus fuit, callidis elusionibus sese subtraxit. Sic *Sur. VI.* ait : לקאל אלדין כפרוא אן יאתיהם אלא מלאך ולו אנזלנא מלכא לקצי אלאמר תם לא ינטרון i. e. *Dicunt infideles ; hoc nihil est nisi magia manifesta. Dicunt ergo : Nisi demiserit super eum angelum, non credemus. Quod si verò maximè Angelum demittamus ; utique res jam confecta est, nec tamen respicient.* Et infrà : *Jurant per DEUM summa fide, quod, si venerit signum, credituri sint illi : Dicite : utique signa sunt apud DEum.* Sic *Sur. 15.* וקאלוא יא איהא אלדי עליהי אלדכר אנכ למגנון לו מא תאתינא באלמלאיכה אן כנת מן אלצאדקין מא ננזל אלמלאיכה אלא באלחק i. e. *Et dixerunt : O tu, ad quem descendit commemoratorium* (Alcoranus) *mente captus es ! Venias ad nos cum Angelis, si verax es. Non demittemus angelos, nisi cum opus est, &c.* Cum ergo miracula Impostor facere non posset, alio usus est dolo & Gabrielis Archangeli apparitiones & colloqvia semper jactitavit. Patet id ex *Sur. 51.* qvæ ferè tota de Gabrielis apparitione agit. Et *Sur. 93.* conqveritur veterator se à Gabriele

briele diu non esse salutatum. Ad Suratæ autem *94.* verba: אלם נשקח לך צררך *Annon dilatavimus tibi pectus tuum?* notat Baidavius: Gabrielem Muhammedis adhuc juvenis cor extraxisse, idqve laviſſe & deinceps fide & scientia impleviſſe. Ut verò hanc ἀγγελοφάνειαν & divinum Ἐνθουσιασμὸν, aliqva veritatis specie palliaret, magnum corporis malum in suum convertit usum. Laborabat nim. Impostor, historicorum consensu, Epilepsia seu morbo comitiali, cujus impetum Prophetica ἐκστάσι & Gabrielis majestatica præsentia callidè excusabat. Aliqvo modo id apparet ex *Sur. 74.* ubi אלמרתר *floreis se involvens* vocatur, non qvod ad Gabrielis aspectum consternaretur, sed qvod Epilepsia oppressus humiqve prostratus qvævis involucra arriperet. Conf. Hottingerus *Histor. Orient. p. 11.*

TH. 5. Qvod tamen vulgò referunt cum columbam asvefeciſſe, ut ad aures ipsius advolans grana ibi recondita legeret, & postea de Spir. S. instinctu gloriatum fuisse, id ex Scriptoribus Arabicis nullo documento probari potest. Unde Hugo Grotius, qvi *l. 6. de veritate Religionis Christianæ*, inter alia Muhammedis miracula etiam columbæ ad aures ejus advolare solitæ meminit, cum à Pokokio hac de re consuleretur, se hoc non ex Arabum monumentis, sed ex *Scaligeri notis ad Manilium* habere liberè fassus est, ut refert Pokokius *ad Abulf. p. 186.* Ejusdem commatis est commentum, qvod apud Hondorfium *Prompt. Exempl. p. 114.* hoc modo narratur: *Præterea taurum*

rum nutrivit, quem assuefecit, ut & ipsius vocem agnoscret; & ex ipsius nec ullius alterius manibus pabulum caperet. Huic inter cornua librum, cui nomen Alcoranus, in quo novæ Sectæ leges conscripserat, alligavit, & constituto die, cum de suis legibus, in maximâ populi frequentia, multa declamasset, erupit subitò taurus, multisque in itinere prostratis, volumen per mediam turbam in manus Machometi deponit, veluti cœlitus missum munus. Ut veritas commentis non stabilitur, ita falsitas commentis non refellitur.

Th. 6. Porrò habuit Muhammed in elaboratione Alcorani quasdam causas sociæ, Præceptores puta & συνεργους. Jamdudum enim ante jactatam Prophetiam in itineribus suis in Syriam & alia loca innotuerat qvibusdam *Verpis* & *Nestorianis* Monachis. His postea usus est Præceptoribus, cum alias esset homo rudis, ad versutiam tamen & dolos compositus. Testimonium perhibuisse Muhammedi Monachum Nestorianum *Bohairam*, referunt passim Arabes & eundem ipsius Præceptorem fuisse patet inde, qvod per totam vitam deinde ipsi adhæserit, qva de re conf. Richard. *p. 66.* Sic alios duos Monachos נשטור *Nestorium* & *Addoſum* Muhammedis orbilios fuisse, non obscure prodit *Al Jannabius*, celebris Arabum historicus, dum eos ipsi testimonia perhibuisse refert. Georgius Monachus in disp. sua cum tribus Musulmannis habita, cujus fragmentum adducit Hottingerus *Hiſtor. Orient. p. 211.* refert, dictum Bohairam juvisse Muhammedem.

in Religione & ei prælegisse qvædam capita ex Evangelio, lege & psalmis, qvæ deinceps genti suæ patriæ retulerit. Vulgò Nestorianum Muhammedis Præceptorem vocant *Sergium*. Porrò etiam clandestinos congressus habuit cum qvodam Apella *Abdalla* filio *Selam*, ut ut alii plures ex Judæis ipsi orbilios tribuant. Deniqve etiam versutos Arabes familiares habuit & sic in Alcorano suo doctrinam ex Judaismo, Christianismo & gentilismo conflatam Musulmannis suis obtrusit. Hæc omnia vana non esse, expsio Alcorano satis luculenter demonstrari possit. A qvibusnam enim hausisset historias V. & N. Testamentienum à Koreischitis suis? & non potius à Judæis & Christianis? Qvinsi cornicula hæc Æsopica alienis plumis denudata fuerit, in cæteris risum omnibus movebit. Cum familiaritatem illam, qvam Muhammed cum Nestorianis, qvi certè Christianorum nomen profitebantur, habuit, ipsi Arabes, ultrò concedant; opus tantummodò esse videtur, ut qvædam ipsi ἀναγνώσεως à Judæis communicata in aprcum producamus, h. l. autem strictim, cum infrà talia à nobis adducta recurrant. De lege orali Mosi tradita, qvid habeat Impostor, *Tb. 1.* vidimus: eam autem in Talmude suo contineri unicè contendunt Judæi. Non avum ovo similius, qvàm qvæ de colloqvio Caini & Abelis narrantur *Sur. 4. & Targ. Jonath.* & *Hieros. Gen. 4.* de monte Israelitis instar cupæ imminente *Sur. 7. & Schabbat c. 9. Avoda Sara c. 1.* de Abrahamo in ignem con-

Digitized by Google

conjecto, *Sur. 21. & Bereschit Rabb. f. 38.* de dæmonum in Templi Salomonæi exstructione supetiis *Sur. 33. & Gittin f. 68. c. 1.* Quin & phrasis quandoque Impostorem prodere videtur. Sic enim *Sur. 31.* ait; *Et licet, quicquid est in terra arboris, calami essent, & mare atramentum, &c.* Cui phrasi planè gemina est illa, quam produximus *de Talmude Tb. 16.* Uti tamen verisimilis Sycophanta fuit, ita semper egit, ut vel in persona, vel in nomine, vel in tempore discrepantia esset, ne quicquam aliis acceptum ferre videretur.

Th. 7. Ex horum fermè suggestione Muhammed diversis temporibus diversas Alcorani particulas protrusit, nec tamen Alcoranum suum in unum corpus ipse collegit vel in eam formam redegit, quam hodie præ se fert: Verum id præstitit quidam *Abubecer*, Muhammedis in fugâ socius, uti patet ex *Abulfeda*, cujus verba ex Pokokii versione hæc sunt: *Jussit* (Abubecer) *colligi Alcoranum ex ore hominum, & palmarum foliis, & pellibus; atq; ita scriptum relinqui apud Hapsham Omari filiam, Muhammedis uxorem. Cum autem ad Imperium jam evectus Othman varias, quæ apud homines essent, lectiones videret, exemplaria ex illo, qui penes Hapsham erat, libro transcripta in varias passim regiones mittens reliqua omnia è medio sustulit.* Hucusque Abulfeda. Et hinc recte Erpenius *ad Hist. Jos.* inqvit: *Totus Alcoranus congestus & compositus est ex variis schedis domi Muhammedis repertis* (qvas ille ab Angelo Gabriele diversis temporibus sibi traditas affirmaverat) *ab Abu-*

Abubecro socero & successore ejus, altero Imperii illius Numa. Facit huc, quod magno consensu Arabum Historici referunt, Muhammedem invalescente morbo fatali dixisse: Afferte mihi atramentum & chartam, ut scribam vobis librum, quo post obitum meum non erretis; Dissuasisse autem hoc *Omarum* his verbis: Nescit prædolore, quid dicat: sufficit nobis Alcoranus (ut est) cum vero aliis ipsi calamarium porrigere vellent & super hac re inter eos oriretur contentio, Pseudoprophetam dixisse: Discedite à me, non enim convenit, ut coram me discepretis. Hinc *Ebn Abbas* erupisse in hæc verba: Malum maximū certè malū, quod in causa fuit, ne scriberet nobis Apostolus DEI librum istum. Ita referente Pokokio *Albocharius, Alsharestanius, Abulfeda, Al-Jannabius, &c.* Videtur ergò Pseudopropheta morti vicinus Alcoranum in ordinem vel fasciculum redigere voluisse, ne post obitum variæ nascerentur contentiones, id quod tamen delirio correptus & morte præventus præstare non potuit.

Tit. 8. Cum ergò *Alcorani Systematicè & formaliter considerati proxima causa* fuerit *Abubecer*, uti vidimus, hic, apteqvam ad reliqva progrediamur, qva ratione eundem Abubecer dispositurit, dicemus. Is itaqve in schedis Alcorani disponendis non sectatus est certam methodum, sed planè *Chaotico* centonem orbi obtrusit. Nam *prima Suratæ*, qvæ præfationis loco haberi qveat, subjungit caput de vacca rufa *Num. 19. Tertiá Suratá* agit de fa-

de familia Amrami: *quarta* de mulierum legibus & ritibus: *quinta* de mensa Apostolis demissa: *sexta* de variis ritibus circa bestias: *septima* de, chasmate inter cœlum & terram: *octava* de spoliis inter socios pugnæ Badarensis dividendis: *nona* de pœnitentia: *decima* de Jona: *undecima* de Hudos. Ebero: *duodecima* de Josepho: *decima tertia* de tonitru: *decima quarta* de Abrahamo, & sic porrò usque ad libri finem supera miscet inferis & ita Alcoranum texit, ac si funiculos ex arena connecteret. Dispescuit autem eum in centum & quatuordecim capita, quæ Arabicè dicuntur سُوَر *Suvaron*, in Sing. سُوْرَة *Sunton*, & cum articulo اَلسُّوْرَة *Assourate*, unde ap. Interpretem Latinum Veterem corruptè factum est *Azoarum*. De vocis significatione in diversa abeunt. Alii exponunt *Vultum*, sed hi malè per *Sad* صُوْرَة legunt. Ita Autor *ann. in Alcor. Lat.* Azoara *Arabicè*, vultus *Latinè dicitur, unde quod nos capitulum dicimus, illi vocant Azoaram; sicut enim vultus maximè notat, quis vel qualis sit homo, sic capitulum, quid sequens litera dicere velit.* Sic ille. Verùm vox ipsa incorrupte scripta *Gradum* vel *Pensum* notare potest. Nobis probabile videtur, cum Muhammed suas schedulas & cœlestes, si diis placet Homericis, epistolas affectis suis & discipulis legendas & ediscendas tradiderit, שׁוּרָה per *Pensum* seu *Lectionem*, quàm commodissimè explicari: nisi quis cum Cl. Golio *l. c. p.* 177. vocem cum

cum *Rabb.* שוֹרֵר vel *Ebr.* תּוֹרֵר conferre, & *Ordinem, Seriem*, vel *ordinatam partem* exponere malit. Suratas omnes ordine recenſent Poſtellus *lib. II, de Concord. orbis p. 125.* & Hottingerus *Biblioth. Orient, p. 107. ſeqq.* qvi perpetuò uniuscujusqve Suratæ primarium argumentum & peculiare præmium legentibus promiſſum ſubjungit, ex qvo in gratiam benevoli Lectoris infrà, appendice primâ, argumenta Suratarum ſingularum ſiſtemus. Uſitatum verò Suratarum numerum Interpres Latinus Alcorani, majores aliqvot in minores ſecando, denario auxit, ut cum nobis ſint CXIV. *Summæ*, ipſi ſint CXXIV. *Azoaræ*. Prima enim Præfationis tantùm loco habitâ ex ſecundâ confecit primam, ſecundam, tertiam & qvartam; ex tertiâ qvintam, ſextam & ſeptimam: ex qvarta octavam, nonam, decimam & undecimam; ex qvinta 12. & 13. è ſexta deniqve decimam qvartam, qvintam & ſextam: reliqvas non immutavit. Conf. Raphelengius *Lex. Arab. Præf. ad Lect.*

TH. 9. Dantur tamen ut & hoc non prætereamus, aliæ qvoqve Alcorani diviſiones non tamen omnibus æqvè receptæ. Tempore *Hoſchaſi*, referente CL. Gentio *Not. ad Kuleſtân Muſladini p. 607.* Lectores Alcorani eum in ſeptem (intelligæ æqvales) partes diviſerunt: qvo faciunt verba Muslah Eddini Sadi *p. 329. Licet* (omnes) *ſeptem Alcorani partes memoriter recenſere poſſis, ſi amore captus fueris, ne Alphabetum qvidem noveris.* Dn. Olearius tamen im Perſianiſchen Roſenthal *p. 101.* ver-

101. verba Sadi aliter intellexit, dum vertit: Weñ du auch ſieben Capitel aus dem Alcoran könteſt auswendig herſagen/ und wäreſt von der Liebe gefangen und eingenommen/ würdeſt du ſchwerlich das A B C können. Sic hodieqve Muhammedanī Alcoranum in qvasdam æqvales partes dividunt, unde Cl. Golius *l. c. p. 178. Muhammedani*, inqvit, *ſuum diſtribuunt Coranum in LX.* اجزاء *Partes; at qvæ magnitudine ferè æqvales exiſtunt & in ſuos ſingulæ qvadrantes diſſectæ. Sunt tamen, qvi totum dividant in XXX.* اجزاء *Portiones; nempe duplo majores, earumq; ſingulas in ſimiles qvadrantes.*

Th. 10. Sed redimus ad *Suratas*: ſingulæ peculiaria habent nomina vel ab argumento, qvod primariò tractatur, vel à voce initiali, vel aliunde petita. Sic qvædam habent Patriarcharum & Sanctorum S. Sæ. præſcripta nomina, qvia de iis agunt, E. g. Surata 2. dicitur עמראן *Amrami*. Sur. 10. יונס *Jonæ*. Sur. 11. הוד i. e. *Eberi*. Sur. 12. יוסף *Joſephi*. Sur. 14. אבראים *Abrahami*. Sur. 19. מריים *Mariæ*. Sur. 71. נוח *Noæ*. *&c.* Qvædam inſcriptionem ſortiuntur à capite aliqvo doctrinæ, qvod tractant, E. g. Sur. 9. אלתובה *Pœnitentiæ*. Sur. 23. אלמומנין *Fidelium*. Sur. 35. אלמלאיכה *Angelorum*. Sur. 62. אלגמעה *Congregationis* ſeu *feriæ Sacræ*. Sur. 65. אלטלאק *divortij*. Sur. 75. אלקימה *Reſurrectionis*, *&c.* Qvædam à voce initiali, ut Sur. 36. 37. 52. 55. 70. 76. 82. 87. 94. 95. & ſic plures, ubi

bi impius Iudio jurat. Qvædam ex leviori occasione. Sic Sur. 16. dicitur אלנחל *apum*, qvia in fine de apibus aliqvid dicitur. Sur. 24. אלור *Lucis*, qvâ cum incidenter DEus comparatur. Sur. 27. אלנמל *formicæ*, qvia nugator inter alia fabellam de formicis interspergit. Sur. 29. אלענכבות *Aranee*, cui fortè mala opera confert. Sur. 44. אלרחאן *fumi*, qvia dies noviſſimus fortean futurus eſt dies fumi. Sur. 49. אלמראסלת *ſeptorum*, qvod cum colloqvium qvoddam Muhammed cum Arabibus haberet, ſepta inter ipſum & eos interjecta eſſent, &c. Multæ nomen habent à variis vaniſſimi hominis juramentis, ut Sur. 37. 51. 52. 53. 70. 79. 85. 86. 89. 90. 91. 92. 95. &c. Qvædam à literis & voculis myſticis ipſis Muhammedanis ignotis. Sic Sur. 50. dicitur ق Sur. 68. ن *Nun*. Sur. 38. ص *Sad*. Sur. 20. ط *Th*, &c. Imò una Surata nonnunqvam duo vel etiam plura nomina habet. Sic primam vocant פאתחת אלכתאב *Aperiionem libri*, ſeu *Proœmium*. אם *Matrem* ſeu *principium libri*. שורת אלכתאב *Suratam theſauri* אלכנז *Laudis* אלצלאה *Precationis*: אשכר ואלדעא *Gratiarum actionis & invocationis*: אשפא *Medicinæ*: אלמתאני *à ſeptem*, qvos continet, *verſiculis*.

TH. 11. Suratæ omnes incipiunt à ſolenni formula & recepta qvaſi Muſulmannorum teſſera, بسم الله الرحمن الرحيم Bismi 'llahi 'rrachmani 'rrachimi, *In nomine DEi*

DEI Miſeratoris miſericordis, qvam, nomine ex duabus primis ejus vocibus compoſito, vocant Arabes ﺍﻟ-ﺑ-ﺳ-ﻣ-ﻟ *Albismilla*. Una tamen Surataeſt, qvæ hac præfatione caret, nimIX. Surata אלתובה ſeu *pœnitentiæ* dicta, idqve eapropter, qvod ea Muhammed fœderi hoſtium renunciet, ubi pacis & ſalutis formulæ locum eſſe noluit, ut ait Hotting. *Bibl. Orient. p. 111.* Cæterum in hac formulâ grandia qværunt myſteria, ita ut nullius operis felicem poſſe ſucceſſum eſſe putent, niſi præſenti formulâ inchoetur. Atqve adeo vinculum literarum *Sin* & *Mim*, in prima voce, qvam poſſunt, longiſſimè protrahunt, in eo nimirum μυϛηριῶδες qviddam latere putantes.

Th. 12. Ratione loci, ubi compoſitæ vel, ſi mendaciſſimo homini fides adhibenda, à Gabriele dictatæ ſunt Suratæ, in *Meccenſes* atqve *Medinenſes* dividuntur. Illæ ſunt, qvæ Meccæ, in patria ſc. Impoſtoris urbe, inventæ: cum verò Muhammed ob novas ſuas machinationes Mecca à Koreiſcitis expelleretur, ſeu potius fugâ elaberetur illis, recepit ſe *Jazribam*, qvod oppidulum decem dierum itinere Meccâ diſtabat, ubi cum gaudio exceptus Imperii ſedem & Pſeudoprophetiæ ſuæ officinam conſtituit: Unde prædictum oppidum מרינה אלנבי *Medinato 'lnabi*, civitas Prophetæ, poſteaqve abſolutè & κατ' ἐξοχὴν מרינה *Medina*, dictum fuit. Ab hac fuga hodienum denominant Arabes Epocham ſuam ﻫ-ﺟ-ﺭ ſeu *Hegjeræ*, cum antea Epocha אלפיל ſeu *Ele-*

Digitized by Google

phanti, aliisqve uterentur. Conf. h. l. AbulFarajius *l. c. p. 8.* Pokokius *Ann. ad eundem p. 63. 64.* Ulug Beigus, Tatarus, *de Epochis Orientat. ex edit.* CL. Gravii, *p. 8.* Hottingerus *Hiſtor. Orient. p. 160. ſ.* Gentius *Not. ad Roſarium p. 617. &c.* Infinitæ verò ſunt Arabum diſſenſiones, qvænam ſæpius Meccenſes Suratæ & qvæ Medinenſes ſint, unde ſæpe numerores in medio relinqvitur: Aliàs non inſolens eſt, ut unius Suratæ vel dimidium vel unicus etiam verſiculus Meccenſis ſit, reliqvi Medinenſes, & contrà.

Th. 13. Deniqve & hoc adjiciendum, XXIX. eſſe Suratas, qvæ in frontiſpicio gerūt literas qvasdam per ſe, qvantum conſtat, non *σημαντικὰς*, ſed myſticas, easqve vel ſolitarias nim. פַ, צַ & נַ; vel binas, ut טַה, טש & יש & הם; vel ternas, ut אלר, אלם & טשם; vel qvatuor, ut אלמר & אלמץ vel deniqve qvinqve, ut כהיעץ & הם עשק. Has literas volunt Muhammedani grandium myſteriorum eſſe indices, qvorum autem certa ac vera intelligentia nulli mortalium præterqvam Muhammedi concеſſa fuerit. Nonnulli tamen eas explicant per ſingulas voces, ac ſi iis ut ſiglis vel abbreviationis notulis certa Religionis arcana deſignentur. Conf. CL. Golius *l. c. p. 181.*

TH. 14. Porrò unaqvælibet Surata in *Verſiculos*, qvos Arabicè آيَا vocant (qvaſi *ſigna* dicas) diſtingvitur. Illi tamen inæqvaliter diſpertiti ſunt, cum qvædam Suratæ ultra centum, aliæ vix tres vel

vel qvatuor contineant verſiculos. Qvin ſubducente calculum Erpenio, *primæ octodecim reliqvas adæqvant; & ſecunda qvantitate excedit poſtremas qvadraginta, majores enim initio collocatæ ſunt, ſuccedentibus paulatim minoribus usqve ad finem libri.* Vetus interpres Latinus Corani nonniſi poſt decimum qvemqve verſum diſtinctionis adhibet notam, adſcribendo nimirum literam P. Qvod inde natum exiſtimat Erpeniusqvod Arabes Alcoranum in majores ſecantes particulas decimo qvoqve verſu adhibeant literam Ain, qvæ initialis eſt vocis ﻋﺸﺮ *decem*. Qvare autem Latinus Interpres literam P. elegerit, non liqvet. Erpenii conjecturam, eum nimirum hoc ipſo Ebræos legis Paraſchas vel ſectiones per ס exprimentes imitari voluiſſe, non omninò improbamus. Probabilior tamen videtur ſententia Cl. Seldeni *de DIS Syris p. 136.* P. ex Arabico *Ain* corruptum eſſe, qvem in finem producit figuram ex exemplari vetuſto MSS. qvam ex Arabico *Ain* ortam putat & deinceps à Typographis, qvibus ejusmodi figura in forulis non erat, in Latinum P. transformatam eſſe. Sed res tanti non eſt, cui diutius inhæreamus. Planisſimâ & ſimpliciſſimâ conjectura nondum hunc ſolviſſe videtur Dn. Sennertus, Orientalium Lingg. in Witteb. Academia P. P. P. eſſe initialem literam ex voce *Paragraphus*; & ipſa Seldeni figura omninò ad ſimilitudinem notæ Paragraphi, non Arabicæ literæ *Ain* accedit. Niſi fortè malis primam eſſe ex voce *Pars* vel

Portio, cum decem verſus non unicum, ſed totidem paragraphos exhibere videantur. Hæc hactenus. Cæterùm de ipſorum *verſuum numero*, ob magnam codicum Alcorani Arabicorum variationem, vix certi qvicqvam definire licet. Nec verò ſinguli verſus *numeris Arithmeticis* interſtingvuntur, ſed verſuum modo *ſumma* in titulo Suratæ indicatur. Inde teſtatur CL. Golius, ſe nullum Alcorani exemplar vidiſſe, ubi Suratarum commata adſcriptis ſuis numeris diſtincta ſint. Adeoqve certò ſciri neqvit, qvot ſint in univerſum in Alcorano verſiculi, licet vocum & literarum numerum inveſtigare ſit poſſibile. Patet id ex computatione illa, qvam Hottingerus ex qvodam MSS. Arabico allegat *Theſ. Philol. l. 1. c. 3. p. 414.* Numerus verſuum Alcorani in Exemplari *Medinenſi priori* 6000. In *Medinenſi altero* 6216. In *Meccenſi* 6219. & in *Cufenſi* 6236. & in *Bazorenſi* 6216. & in *Schamienſi* vel *Syriaco* 6226. & in *Ravamætenſi* 6220. Hinc ad huc aliqvo modo abit recenſio CL. Golii. *p. 178.* qvam majoris evidentiæ causâ adſcribemus: *Tum qvoqve contingit pro codicum diverſitate capitibus qvibusdam tribui diverſum verſiculorum numerum. Namqve ſeptem celebrantur, ne & hoc ignoretur, codices primarii & antiqvi, non tàm textu ipsô, qvam eâ inſcriptionis parte diſcrepantes: nimirum Medinenſis prior & poſterior, Meccanus, Cufenſis, Baſrenſis, Syriacus & Communis qvidam. Primô ſunt in univerſum Suratarum omnium commata 6000. ſecundô & qvintô 6214. tertio 6219. qvartô 6236.*

6236. ſexto 6226. denique ſeptimo 6225. at omnes continere feruntur totidem dictiones, nimirum 77639. totidemque literas nempe 323015. Hucusque ille.

Th. 15. Diximus hactenus de Alcorani *cauſis efficientibus*, nec non de ejusdem *συγγραπικῶς* conſiderati *forma*, qvam ipſi *Abubecer* addidit. Jam ad cauſas internas Alcorani, cumprimis materialiter ſpectati & qvatenus ab Impoſtore Meccano profectus eſt, pedem promovebimus. *Forma* ejus *interna* juxta Muhammedanos eſſet *θεοπνευσία*. Sed cum hâc, ut jam vidimus, planè deſtitutus ſit, potiùs pro ex animi & fœtido cadavere, qvam pro corpore doctrinæ divina majeſtate animato, à nobis habetur. Ad *formam externam* pertinet *ſtylus* ſive genus ſermonis, qvo conſcriptus eſt, nim. lingva *Arabicá*: qvæ antehac copioſiſſima fuit totius Orientis, imò totius orbis; id qvod vel hinc conjicere licet, qvod aliqvando vel ſola diverſarum ejusdem rei appellationum enumeratio & explicatio juſtam voluminis integri materiam præbuerit. *Sic*, referente Pokokio *p. 153. doctiſſimo Grammatico Ebn Chalawaih libri unius ſubjectum Leonis nomina, qvæ qvingenta, alterius ſerpentis, qvæ ducenta. Autor Kamuſi, Muhammed Alfirauzabadius librum integrum de mellis appellationibus & utilitate ſe conſcripſiſſe ait, in qvo cum octoginta ejus nomina recenſuerit, totam tamen ejus nomenclaturam non abſolviſſe notatur. Teſtatur idem enſis appellationes ultra mille ſe in libro à ſe compoſito enumeraſſe.* Koreiſchitarum autem & ſic patria Muhammedis

Abdaera Sura, & Gnidus ejus, alterq; Imperii Rhodi. Nomina, quæ ab Arabibus corrupta credit Arabum historia ornatior. Muhammedem in vestrorum modo ejus ætatis, & ejus loci annalium scriptorum, ut Eutychium vidi, Ismaelem, Abrahæ filium, Hebraicis Arabicis annis ter decies centum vixisse: Nobis quidem, ut ipse fatetur, non constat. Ismaelem ex illi tum vivi aliqui calculatoris præcepto vidisse se fatetur, ut ipse non existimat compertum, Hoc loquentem dudum Dilectissimum meum virum, ac eorum rerum peritissimum Hieronymum Mercurialem Forliviensem, Medicum Pontificium, & Cæsareum, ut Apostolos Dei Hieronymum, Ita referentem Medicum Abdaeram, Gnidum, Rhodumq; fuisse, &c. Videor mihi Hieronymum, quem virum Romanum, & Romanæ Ecclesiæ filium reliquere voluit, ne pollubrum vanæ mendacium loquentem, & quod istius dictis conceptus & mortis nervosus prælicet non putem.

3. Cum ergo Alcoranus Mahumedis & Sarracenorum impiissimi primarius Author, Deus sit vidimus, hic agendum est utrum regio illarum, ex quarum oratione, hic Deus Alcoranus, Deus sit. Mihi in Arabia Alcoranus dispensandis Mahumedicis rebus in vulgus, & ad plebem Gentis commendabat sibi. Non prius deprehendere potuimus hoc habere nomen Deus, in cuius de vita cum Nos, tum Barradius ali-

da famila Arrianis? præsertim cum nullum inibi de nativo Jesu de morte Apostolis denata, & de veritate Resurrectionis Christi occurrat. Cæterum inter cætera Christianismi errata, illud Arrianismi est, quod Christum Jesum non ex æterno genitum, sed ex certo quodam tempore à Deo Patre creatum asserat. Quod & Mahumedani docent, & Alcoranum testatur, ubi Christus Verbum Dei, & Spiritus Dei vocatur, quod Deus Patri Virginis Mariæ inspiraverit, & in ejus utero creaverit. Quæ omnia Arrianismi sunt, & Alcoranum Arrianismi errata continet. Quæ vero Arrianismi errata sunt, & Alcoranum continet, ea Arrianismi sunt. Alcoranum Arrianismi errata continet. Ergo Alcoranum Arrianismi errata sunt

cum *Rabb.* שׁוּרָה vel *Ebr.* תּוֹרָה conferre, & *Ordinem, Seriem,* vel *ordinatam partem* exponere malit. Suratas omnes ordine recenſent Poſtellus *lib. II. de Concord. orbis p. 125.* & Hottingerus *Biblioth. Orient. p. 107. ſeqq.* qvi perpetuò uniuscujusqve Suratæ primarium argumentum & peculiare præmium legentibus promiſſum ſubjungit, ex qvo in gratiam benevoli Lectoris infrâ, appendice primâ, argumenta Suratarum ſingularum Siſtemus. Uſitatum verò Suratarum numerum Interpres Latinus Alcorani, majores aliqvot in minores ſecando, denario auxit, ut cum nobis ſint CXIV. *Suratæ*, ipſi ſint CXXIV. *Azoaræ.* Prima enim Præfationis tantùm loco habitâ ex ſecundâ confecit primam, ſecundam, tertiam & qvartam; ex tertiâ qvintam, ſextam & ſeptimam: ex qvarta octavam, nonam, decimam & undecimam; ex qvinta 12. & 13. è ſexta deniqve decimam qvartam, qvintam & ſextam: reliqvas non immutavit. Conf. Raphelengius *Lex. Arab. Præf. ad Lect.*

TH. 9. Dantur tamen ut & hoc non prætereamus, aliæ qvoqve Alcorani diviſiones non tamen omnibus æqvè receptæ. Tempore *Hoſchaſi*, referente CL. Gentio *Not. ad Kuleſtân Musladini p. 607.* Lectores Alcorani eum in ſeptem (intellige æqvales) partes diviſerunt: qvo faciunt verba Muslah Eddini Sadi *p. 329. Licet* (omnes) *ſeptem Alcorani partes memoriter recenſere poſſis, ſi amore captus fueris, ne Alphabetum qvidem noveris.* Dn. Olearius tamen im Perſianiſchen Roſenthal *p. 101.* ver-

101. verba Sadi aliter intellexit, dum vertit: Weñ du auch ſieben Capitel aus dem Alcoran könteſt auswendig herſagen/ und wäreſt von der Liebe gefangen und eingenommen/ würdeſt du ſchwerlich das A B C können. Sic hodieqve Muhammedanī Alcoranum in qvasdam æqvales partes dividunt, unde Cl. Golius *l. c. p. 178. Muhammedani*, inqvit, *ſuum diſtribuunt Coranum in LX.* اجزاء *Partes; at qvæ magnitudine ferè æqvales exiſtunt & in ſuos ſingulæ qvadrantes diſſectæ. Sunt tamen, qvi totum dividant in XXX.* اجزاء *Portiones; nempe duplo majores, earumq; ſingulas in ſimiles qvadrantes.*

Th. 10. Sed redimus ad *Suratas*: ſingulæ peculiaria habent nomina vel ab argumento, qvod primariò tractatur, vel à voce initiali, vel aliunde petita. Sic qvædam habent Patriarcharum & Sanctorum S. Sæ. præſcripta nomina, qvia de iis agunt, E. g. Surata 2. dicitur עמראן *Amrami*. Sur. 10. יונס *Jonæ*. Sur. 11. הוד i. e. *Eberi*. Sur. 12. יוסף *Joſephi*. Sur. 14. אבראים *Abrahami*. Sur. 19. מריום *Mariæ*. Sur. 71. נוח *Noæ*. *&c.* Qvædam inſcriptionem ſortiuntur à capite aliqvo doctrinæ, qvod tractant, E. g. Sur. 9. אלתובה *Pœnitentiæ*. Sur. 23. אלמומנין *Fidelium*. Sur. 35. אלמלאיכה *Angelorum*. Sur. 62. אלגמעה *Congregationis* ſeu *feriæ Sacræ*. Sur. 65. אלטלאק *divortij*. Sur. 75. אלקימה *Reſurrectionis*, *&c.* Qvædam à voce initiali, ut Sur. 36. 37. 52. 55. 70. 76. 82. 87. 94. 95. & ſic plures, ubi

bi impius ludio jurat. Qvædam ex leviori occaſione. Sic Sur. 16. dicitur אלנחל *apum*, qvia in fine de apibus aliqvid dicitur. Sur. 24. אלנור *Lucis*, qvâ cum incidenter DEus comparatur. Sur. 27. אלנמל *formicæ*, qvia nugator inter alia fabellam de formicis interſpergit. Sur. 29. אלענכבות *Araneæ*, cui fortè mala opera confert. Sur. 44. אלרחאן *fumi*, qvia dies noviſſimus fortean futurus eſt dies fumi. Sur. 49. אלחגראת *ſeptorum*, qvod cum colloqvium qvoddam Muhammed cum Arabibus haberet, ſepta inter ipſum & eos interjecta eſſent, &c. Multæ nomen habent à variis vaniſimi hominis juramentis, ut Sur. 37. 51. 52. 53. 70. 79. 85. 86. 89. 90. 91. 92. 95. &c. Qvædam à literis & voculis myſticis ipſis Muhammedanis ignotis. Sic Sur. 50. dicitur ق Sur. 68. ن *Nnn*. Sur. 58. ص *Sad*. Sur. 20. ط *Th*, &c. Imò una Surata nonnunqvam duo vel etiam plura nomina habet. Sic primam vocant פאתחה אלכתאב *Apertionem libri*, ſeu *Proœmium*. אם אלכתאב *Matrem* ſeu *principium libri*. שורה אלצלאה *Laudis* אלחמר *Suratam theſauri* אלכנז *Precationis*: אשכר ואלדעא *Gratiarum actionis & invocationis*: אשפא *Medicinæ*: אשבע אלמתאני *à ſeptem*, qvos continet, *verſiculis*.

TH. 11. Suratæ omnes incipiunt à ſolenni formula & recepta qvaſi Muſulmannorum teſſera

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

Bismi 'llahi 'rrachmani 'rrachimi, *In nomine DEI*

Dei Miſeratoris miſericordis, qvam, nomine ex duabus primis ejus vocibus compoſito, vocant Arabes البسملة *Albismilla*. Una tamen Surataeſt, qvæ hac præfatione caret, nimIX. Surata אלתובה ſeu *pœnitentiæ* dicta, idqve eapropter, qvod ea Muhammed fœderi hoſtium renunciet, ubi pacis & ſalutis formulæ locum eſſe noluit, ut ait Hotting. *Bibl. Orient. p. 111.* Cæterum in hac formulâ grandia qværunt myſteria, ita ut nullius operis felicem poſſe ſucceſſum eſſe putent, niſi præſenti formulâ inchoetur. Atqve adeo vinculum literarum *Sin* & *Mim*, in prima voce, qvam poſſunt, longiſſimè protrahunt, in eo nimirum μυςηριώδες qviddam latere putantes.

Th. 12. Ratione loci, ubi compoſitæ vel, ſi mendaciſſimo homini fides adhibenda, à Gabriele dictatæ ſunt Suratæ, in *Meccenſes* atqve *Medinenſes* dividuntur. Illæ ſunt, qvæ Meccæ, in patria ſc. Impoſtoris urbe, inventæ: cum verò Muhammed ob novas ſuas machinationes Mecca à Koreiſcitis expelleretur, ſeu potius fugâ elaberetur illis, recepit ſe *Jazribam*, qvod oppidulum decem dierum itinere Meccâ diſtabat, ubi cum gaudio exceptus Imperii ſedem & Pſeudoprophetiæ ſuæ officinam conſtituit: Unde prædictum oppidum מרינה אלנבי *Medinato 'lnabi*, civitas Prophetæ, poſteaqve abſolutè & κατ' ἐξοχὴν מרינה *Medina*, dictum fuit. Ab hac fuga hodienum denominant Arabes Epocham ſuam هجرة ſeu *Hegjeræ*, cum antea Epocha אלפיל ſeu *Ele-*

phanti, aliisqve uterentur. Conf. h. l. AbulFarajius *l. c. p. 8.* Pokokius *Ann. ad eundem p. 63. 64.* Ulug Beigus, Tatarus, *de Epochis Orientat. ex edit.* CL. Gravii, *p. 8.* Hottingerus *Hiſtor. Orient. p. 160. ſ.* Gentius *Not. ad Roſarium p. 617. &c.* Infinitæ verò ſunt Arabum diſſenſiones, qvænam ſæpius Meccenſes Suratæ & qvæ Medinenſes ſint, unde ſæpe numerores in medio relinqvitur: Aliàs non inſolens eſt, ut unius Suratæ vel dimidium vel unicus etiam verſiculus Meccenſis ſit, reliqvi Medinenſes, & contrà.

Th. 13. Deniqve & hoc adjiciendum, XXIX. eſſe Suratas, qvæ in frontiſpicio gerũt literas qvasdam per ſe, qvantum conſtat, non *σημαντικὰς*, ſed myſticas, easqve vel ſolitarias nim. פַ, צַ & נַ; vel binas, ut טַהַ, טַשׁ יַשׁ & הַם; vel ternas, ut אַלַר, אַלַם & טַשׁם; vel qvatuor, ut אַלַמַר & אַלַמַץ vel deniqve qvinqve, ut כַהיעַץ & הַם עַשַׁק. Has literas volunt Muhammedani grandium myſteriorum eſſe indices, qvorum autem certa ac vera intelligentia nulli mortalium præterqvam Muhammedi conceſſa fuerit. Nonnulli tamen eas explicant per ſingulas voces, ac ſi iis ut ſiglis vel abbreviationis notulis certa Religionis arcana deſignentur. Conf. CL. Golius *l. c. p. 181.*

TH. 14. Porrò unaqvælibet Surata in *Verſiculos*, qvos Arabicè آيٌ vocant (qvaſi *ſigna* dicas) diſtingvitur. Illi tamen inæqvaliter diſpertiti ſunt, cum qvædam Suratæ ultra centum, aliæ vix tres vel

Digitized by Google

vel qvatuor contineant verſiculos. Qvin ſubducente calculum Erpenio, *primæ octodecim reliqvas adæqvant; & ſecunda qvantitate excedit poſtremas qvadraginta, majores enim initio collocatæ ſunt, ſuccedentibus paulatim minoribus usqve ad finem libri.* Vetus interpres Latinus Corani nonniſi poſt decimum qvemqve verſum diſtinctionis adhibet notam, adſcribendo nimirum literam P. Qvod inde natum exiſtimat Erpenius-qvod Arabes Alcoranum in majores ſecantes particulas decimo qvoqve verſu adhibeant literam Ain, qvæ initialis eſt vocis عشر *decem*. Qvare autem Latinus Interpres literam P. elegerit, non liqvet. Erpenii conjecturam, eum nimirum hoc ipſo Ebræos legis Paraſchas vel ſectiones per ס exprimentes imitari voluiſſe, non omninò improbamus. Probabilior tamen videtur ſententia Cl. Seldeni *de DIS Syris p. 136.* P. ex Arabico *Ain* corruptum eſſe, qvem in finem producit figuram ex exemplari vetuſto MSS. qvam ex Arabico *Ain* ortam putat & deinceps à Typographis, qvibus ejusmodi figura in forulis non erat, in Latinum P. transformatam eſſe. Sed res tanti non eſt, cui diutius inhæreamus. Planiſſimâ & ſimpliciſſimâ conjectura nondum hunc ſolviſſe videtur Dn. Sennertus, Orientalium Lingg. in Witteb. Academia P. P. P. eſſe initialem literam ex voce *Paragraphus*; & ipſa Seldeni figura omninò ad ſimilitudinem notæ Paragraphi, non Arabicæ literæ *Ain* accedit. Niſi fortè malis primam eſſe ex voce *Pars* vel

Portio, cum decem verſus non unicum, ſed totidem paragraphos exhibere videantur. Hæc hactenus. Cæterùm de ipſorum *verſuum numero*, ob magnam codicum Alcorani Arabicorum variationem, vix certi qvicqvam definire licet. Nec verò ſinguli verſus *numeris Arithmeticis* interſtingvuntur, ſed verſuum modo *ſumma* in titulo Suratæ indicatur. Inde teſtatur CL. Golius, ſe nullum Alcorani exemplar vidiſſe, ubi Suratarum commata adſcriptis ſuis numeris diſtincta ſint. Adeoqve certò ſciri neqvit, qvot ſint in univerſum in Alcorano verſiculi, licet vocum & literarum numerum inveſtigare ſit poſſibile. Patet id ex computatione illa, qvam Hottingerus ex qvodam MSS. Arabico allegat *Theſ. Philol. l. 1. c. 3. p. 414.* Numerus verſuum Alcorani in Exemplari *Medinenſi priori* 6000. In *Medinenſi altero* 6216. In *Meccenſi* 6219. & in *Cufenſi* 6236. & in *Bazorenſi* 6216. & in *Schamienſi* vel *Syriaco* 6226. & in *Ravamætenſi* 6220. Hinc ad huc aliqvo modo abit recenſio CL. Golii. *p. 178.* qvam majoris evidentiæ causâ adſcribemus: *Tum qvoqve contingit pro codicum diverſitate capitibus qvibusdam tribui diverſum verſiculorum numerum. Namqve ſeptem celebrantur, ne & hoc ignoretur, codices primarii & antiqvi, non tàm textu ipsô, qvam eâ inſcriptionis parte diſcrepantes: nimirum Medinenſis prior & poſterior, Meccanus, Cufenſis, Baſrenſis, Syriacus & Communis qvidam. Primô ſunt in univerſum Suratarum omnium commata 6000. ſecundô & qvintô 6214. tertio 6219. qvartô 6236.*

6236. sexto 6226. denique septimo 6225. at omnes continere feruntur totidem dictiones, nimirum 77639. totidemque literas nempe 323015. Hucusque ille.

Th. 15. Diximus hactenus de Alcorani *causis efficientibus*, nec non de ejusdem *συγμαπικῶς* considerati *forma*, quam ipsi *Abubecer* addidit. Jam ad causas internas Alcorani, cumprimis materialiter spectati & quatenus ab Impostore Meccano profectus est, pedem promovebimus. *Forma* ejus *interna* juxta Muhammedanos esset θεοπνευσία. Sed cum hâc, ut jam vidimus, planè destitutus sit, potiùs pro exanimi & fœtido cadavere, quam pro corpore doctrinæ divina majestate animato, à nobis habetur. Ad *formam externam* pertinet *stylus* sive genus sermonis, quo conscriptus est, nim. lingva *Arabicá*: quæ antehac copiosissima fuit totius Orientis, imò totius orbis; id quod vel hinc conjicere licet, quod aliquando vel sola diversarum ejusdem rei appellationum enumeratio & explicatio justam voluminis integri materiam præbuerit. *Sic*, referente Pokokio *p. 153. doctissimo Grammatico Ebn Chalawaih libri unius subjectum Leonis nomina, quæ quingenta, alterius serpentis, quæ ducenta. Auctor Kamusi, Muhammed Alsirauzabadius librum integrum de mellis appellationibus & utilitate se conscripsisse ait, in quo cum octoginta ejus nomina recensuerit, totam tamen ejus nomenclaturam non absolvisse notatur. Testatur idem ensis appellationes ultra mille se in libro à se composito enumerasse.* Koreischitarum autem & sic patria Muhammedis

dialectus erat omnium politisſima & defæcatisſima, tum qvod illi Arabiæ qvaſi centrũ poſſidentes à gentium exterarum cõmercio remotiores eſſent, tum qvod lingvã præ aliis excolerent.

TH. 16. *De ſtyli* verò *elegantia* mirum dictu eſt, qvam Thraſonicè Pſeudopropheta glorietur. Provocat ille *Sur. XVII.* non tantum *homines qvosq́*, ſed &*ipſos ex orco Dæmones, ut in arenam ſecum deſcendant, &, ſi qveant, componant ſcriptum Corano ſimile. Imò vel facundisſimos non poſſe unicam Suratam proferre, ſi vel omnem ſuam cònferant ſuppellectilem*, clamat *Sur. II. Sic & Sur. X. XI. &c.* Exaggerat hoc *Algazalius* his verbis: *Alcoranus miraculum eſt maximum, qvod inter homines ſemper manet, nec eſt miraculum alterius Prophetæ ita durans; cum ad imitandum eum provocarit Apoſtolus DEI Arabum eloqventisſimos & diſertisſimos, qvo tempore millenis referta erat Arabum peninſula, qvorum ſtudium & qvod maximo in pretio habebant & qvo præcipuè gloriabantur, erat eloqventia; atqvi in medio ipſorum exclamans juſſit, ut aliqvid illi ſimile proferrent, imò vel decem capitula, imò vel unum, ſi de ejus veritate dubitarent, &c. imò ut alii aliis opem mutuam ferrent, &c.* Conf. Pokok. *l. c. p. 191.* Hotting. *Hiſt. Orient. p. 300.* Et qvidam *Iſa* cognomento *Merdad* propterea ab Abul Farajio inter ſectarios recẽſetur *p. 21.* qvod ſtatuerit potuiſſe qvidem aliqvid ſimile proferri, ſed Deum id, qvò minꝰ fieret, prohibuiſſe. Imò non ſuppetit miſeris homuncionibus aliud argumentum; qvod magis pro Muhamedis & Alcorani autoritate urgeant, adeoq; illud ſemper nobis ceu caput Meduſæ objicere ſolent.

TH. 17.

Digitized by Google

Th.17. Sed ne qvid nimis! *Stylum Alcoranicum* ad *analogiam Grammaticam* accuratisſimè exactum eſſe non imus inficias. Hinc ait Erpenius *l. c. k. 4. Ea.* (Lex Muhammedis) *licet futilis ſit, inepta, mendaciis referta nulloq; ſenſus acumine aut argumentorum pondere, qvod vel leviter hominem Chriſtianum movere poſſit, inſtructa: tanta tamen eſt ſermonis puritate, tam accuratâ analogia & ſcripturæ perfectione expreſſa, ut meritò iis norma Grammaticæ conſtituatur.* Nec negamus Alcorano hinc inde interſperſos eſſe *ſermonis floſculos*, aliqvam elegantiæ ſpeciem præ ſe ferentes: Sunt autem *rari nantes in gurgite vaſto.* Qvicqvid autem ſit, hinc nihil obtinent Muhammedani. Qvod docti ejus temporis non potuerint elaborare aliqvid Alcorano ſimile, id dicitur tantùm. Potuerunt id utiq;, ſed à diabolo eſſaſcinati & potentia Muhammedis, qvi ſimul ferro & armis diſputabat, deterriti, cum eo contendere noluerunt. Deinde non tàm *ſermonis*, qvam *rerum & hiſtoriarum* imitationem ab iis poſtulavit. *Judæorum* autem & *Chriſtianorum* hiſtoriæ tum temporis Arabibus ignotæ erant, illisqve *rara avis in terris nigroq; ſimillima cygno*; hinc plerosq; facilè in admirationem rapiebant. Muhammedi autem iſtæ ab aliis ſuggeſtæ erant, unde iis ceu cornicula alienis plumis ſuperbiebat & velut monoculus inter cœcos monarcham agebat. Qvod ad *Grammaticam* Alcorani ἀκρίβειαν, ad eam vix qvicqvam contulit *Muhammed.* Certa fama fert Muhammedem Alcoranum non propria manuſcripſiſſe, ſed amanuenſibus in calamum dictit aſſe; qvid ergò ad Orthogra-

graphiæ & punctationis analogiam contulit Impostor? qvem tamen literarum planè rudem mansisse, postqvam tot habuit orbilios, Muhammedanis ne juratis qvidem credemus. Abubecer autem Alcorani interpolator nugaciſſimum ſcriptum, rudi procul dubio Minerva & ſine orthographica ἀκριβείᾳ exaratum, ad Grammaticam analogiam demum exegit. Conf. & Richard. *c.* 13. Qvod ad qvosdam orationis floſculos, non mirum, hominem callidi & verſuti ingenii per diuturnam converſationē cum doctis in lingva præcipuè vernaculâ, ad aliqvem ſermonis ornatum perveniſſe. Nec deniqve nos movent claudi ejus rythmi (de qvibus mox) & æqvaliter cadentes ſine mente ſoni, imo nec licentioſa metra, qvalia qvilibet ſcurra naturæ favore paululum ſublevatus effundere poſſet. Nā & hodie ſi doloſi ſpes affulſerit numi, videbis corvos poëtas & picas poëtrias.

Th. 18. *Stylus* porrò totus *rythmicus* eſt; licet rythmus ſupra modum affectatus & plerumqve claudus ſit. *Metricus* tamen an ſit, non ineptè qværitur. Negat id Joſephus Scaliger *Animadv. ad Chronolog. Euſebii p.* 7. his verbis: *Non enim qvod vulgò perſvaſum video, Alcoranus ullo conſtat genere metrorum, non magis qvam Epiſtolæ Ciceronis: ſed ibi cola finiuntur, ubi ſimilis deſinentia eſt, etiamſi ſit maxima membrorū inæqvalitas; qvæ ſcias ibi terminari, ubi floſculi auro aut minio picti videntur: qvi nihil aliud ſunt qvàm ſigna ſimilium deſinentiarum.* Sed ſi rem rectè æſtimemus, animadvertimus Muhammedem aliqvando Poetaſtro cuidam Minerval ſolviſſe. Ad carmina Arabica duo reqviruntur:

Rhyth-

Digitized by Google

Rhythmus & *Metrum*. Is in Alcorano datur, ſed claudus valde & imperfectus, qvalem in qvorundam Poëtaſtrorum noſtrorum vernaculis carminibus deprehendimus. *Metrum* itidem in eo obſervatur, ſed mixtum & valde licentioſum, qvod ægrè patitur ſe cogi ad qvinqve circulos ſeu genera carminum Arabicorum & caret certa, ἐμπυκλώσῃ metricâ, adeoqꝫ carmina ut plurimum parit ἄτακτα, qvæ Italis *verſi Sciolti* appellantur, & ſæpe fit, ut verſus curti cum aliis duo jugera longis nullo ordine combinentur, unde apparet Muhammedem carmina fudiſſe, prout in buccam cadebant. Aliqvando tamen metri Arabici rationem exactè obſervatam deprehendimus, & hinc omninò negandum non putamus ſtylum Alcoranicum ex parte eſſe metricum. In rei fidem producimus exemplum ex *Surat. LXVII.* ubi ſic Impoſtor juramenta replicando 'nugatur:

ואלמרשלאת ערפא	*Wal-mur ſe-lâ-ti or-phan*
פאלעאצפאת עצפא	*Fal-âzi-fâ-ti az-fan*
ואלנאשראת נשרא	*Wan-nâſchi-râ-ti neſch-ran*
פאלפארקאת פרקא	*Fal-fâri-kâ-ti fer-kan.*

Per demiſſos crines, Per ſparſas diſſipationes,
Et procelloſos ventos: Et ſeparatas ſeparationes.

Eſt h. l. carmen אלשריע *Velox*, & refertur ad circulum qvartum, qvem Arabes *contractum* vocant. Diſpoſitio ejus continetur his duabus vocibus technicis מְסְתַּפְעִלֶן פַּעוֹלֶן *Moſtaphilon faülon*, & pedum talis ordo: *Chorda levis, Paxillus disjunctus,*

Chorda levis, Paxillus conjunctus, Chorda levis. Produxit & alia Alcorani metra Phil. Gvadagnolus *Inſtit. Lingv. Arab. edit. Rom. 1642.* Sed de his ſatis.

TH. 19. Jam nobis ad *materiam*, circa qvam Alcoranus verſatur, progrediendum erit; ubi prænotandum, Impoſtoris ſcriptum non pertractare certi aliqvid, *conſtanti* & *uniformi methodo*, ſed eſſe *centonem* multarumqve & variarum materierum colluviem. Ne nihil hic dicamus, ea, qvæ in Alcorano à Muhammede tractantur, ad tres claſſes redigemus. Sunt enim vel *Hiſtorica*, vel *Didactica*, vel *Elenctica*. De ſingulis ordine qvædam ſubjiciemus.

TH. 20. *Hiſtorica* Alcorani vel *ſacra* ſunt, vel *profana*. Qvod ad illa, Muhammed in ſuo centone paſſim adducit *hiſtorias V. & N.T.* ſed miſerrimè tractatas & interpolatas, cujus rei ſpecimina infrà producemus. Hoc loco præcipua ſaltem capita eorum, qvæ Sycophanta adducit, perſtringemus. Agit ille de Adamo *Surat. 2. 17.* De Caino fratricida *Sur. 15.* De Enocho, qvem Edriſum vocat *Sur. 19. 21.* De Ebero, ſub Hudi nomine *Sur. 11. 26.* De Noacho *Sur. 54. 71.* De Abrahamo paſſim *Sur. 14. 15. 19. &c.* De Loto *Sur. 26. 27. 54.* De everſione Sodomæ *Sur. 15.* De Iſaaco *Sur. 36.* De Iſmaële, qvem Prophetis & Patriarchis annumerat, *ibid.* De Joſepho *Sur. 12.* De Moſe ſæpiſſimè *Sur. 14. 20. 26. 27. 28. 61.* De Pharaone *Sur. 20. 54. 79.* De Jethrone *Sur. 26.* De Vacca rufa Num. 16. *Sur. 2.* qvæ inde & *Vaccæ* dicta; De

Joſua

Josua *Sur. 18.* De Davide *Sur. 24. 37.* De Saule & Goliatho *Sur. 2.* De Salomone, cujus historiam cumprimis multis commentis defœdavit *Sur. 27. 34.* De Elia *Sur. 18.* De Jobo *Sur. 38.* De Jona & Ninevitis *Sur. 10.* qvæ & *Jonæ* dicitur; De Zacharia & Johanne *Sur. 21.* De Christo Salvatore & Maria Virgine *Sur. 3. 19.* &c. Qvomodo in qvibusdam se gesserit, infrà patebit.

Th. 21. Porrò refert qvoqve in scripto suo nonnunqvam alias res gestas & *historias non-Biblicas & profanas*, ex qvibus paucas hic in medium proferre senio nobis non erit. *Sur. 9.* enarrat suam *fugam à Meccanis*, & qvomodo cum socio suo (*Abubecro*) in spelunca qvadam se occuluerit & inqvirentium hostium diligentiam eluserit. *Beidavius* notat Deum eos cœcitate percussisse, ut Muhammedem non viderent, juxta alios autem araneam telâ suâ antri os texisse. *Sur. 8.* describit *Bellum Badarense* à se gestum & de angelicis suppetiis splendidè nugatur. *Sur. 59.* refert *dispersionem primam Judæorum in Syriam. Sur. 113.* respicere dicitur ad mulierculam à Judæo incitatam, ut funè adstricto, inq; puteum dejecto, Muhammedem fascinaret, donec tandem fascinum per *Gabrielem* (svaviſſimum illum Impostoris illius congerronem) sublatum sit. *Sur. 18.* habet historiam vel fabulam potius *dormitorum* seu *speluncariorum*, qvàm à Muhammede ridiculè narratam & à commentatoribus multis facetiis auctam ex recensione Dn. Olearii im Rosenthal *p. 8.* hic inseremus: Es ist ein König in Persien gewe-

sen/

ſen/ mit Nahmen Dakianus, welcher nicht fern von der weitberühmten Stadt Nacht-zuan, in der Landſchafft Karabach gelegen/ ſeinen Sitz gehabt/ weil dieſer ein Heide und Götzendiener geweſen/ hatten zween ſeiner Räthe und ein Trabant/ in dem ſie vermercket/ daß der Heydniſche Glaube nicht rechtſchaffen/ und das Anbeten der Götzen ihrer Seelen nichts dienliches ſchaffen konte/ ſich von Hofe weg begeben. Als ſie nun auff der Reiſe ſeynd/ treffen ſie unterweges einen Schäffer an/ welcher/ als er vermercket/ daß ſie ſich wegen des Götzendienſtes von Hofe gemachet/ und gehen den wahren Gott zu ſuchen/ begiebt er ſich auch mit in ihre Geſellſchafft: In dem aber des Schäffers Hund ihnen nachfolgete/ und ſie vermeynet/ der möchte zur Nachtszeit/ wenn ſie etwa an einem Ort verborgen ſeyn wolten/ mit ſeinem bellen ſie verrathen/ haben ſie den Hund zurücke treiben wollen. Als er aber ſie nicht verlaſſen will/ ſchläget einer unter ihnen mit dem Sebel hinter ſich/ und hauet ihm ein Bein ab. Der Hund folget gleichwol mit drey Beinen/ er wird auch an dem andern verſtümmelt/ deſſen ungeachtet/ gieng er auff zwey Beinen nach/ ihm wird das dritte und weiter gleichwohl auff dem einen hüpfete/ endlich auch das vierdte entzwey geſchlagen. Da begunt der Hund zu reden/ und fraget/ warum ſie alſo bey ihm handelten/ und ſeiner Füſſe beraubeten/ und wo ſie denn hingedächten? Als ſie ſagten/ ſie hätten ihnen fürgenommen/ den wahren Gott zu ſuchen/ und ihm allein zu dienen/ erbeut

ſich

ſich der Hund auch darzu/ſagend / er wäre auch des Willens / und wolte mit ihnen. Uber ſolch fremd Werck werden die Pilgrim beſtürtzet / befragen ſich unter einander / was hierbey zu thun/ werden eins den Hund mitzunehmen / und tragen ihn eins ums andere auff den Schultern. Als ſie nun an einen groſſen Berg kommen / und eine tieffe Höle antreffen / legen ſie den Hund im Eingang der Höle nieder / und gehen hinein/ ſetzen ſich und ſchlaffen/ unterdeſſen muß der Hund Wache halten / und niemand zu ihnen hinein laſſen. Und ſchreibet er im gedachten Surat / wenn iemand gekommen wäre / dieſe Schläffer zu beſchädigen/ wie hätte der Hund ſie würden erſchrecken und wegjagen. Dieſe Schläffer / als ſie erwachen/ vermeynen ſie nur etliche wenig Stunden geſchlaffen zu haben / und als ſie hungerte / ſandten ſie einen von ihnen in die nächſtliegende Stadt/ Speiſe zu kauffen; Dieſer verwundert ſich/ daß die Leute in der Stadt ſo kleine Perſonen waren/ denn er und ſeine Geſellen waren viel gröſſer. Als die Einwohner der Stadt dieſes groſſen Menſchen Geld ſo wenig kenneten / als ſeine Sprache verſtunden / führeten ſie ihn zum Könige deſſelbigen Ortes / welcher durch einen Dolmetſcher mit ihnen redete/ und als er vernahm/ daß der König/ von welchen ſie / ihrer Meynung nach/ waren außgegangen/ Dakianus geheiſſen / läſſet er in der Chronica nachſchlagen/ zu welcher Zeit dieſer König gelebet/ und befindet/ daß es vor Neunhundert Jahren geweſen / ſo lange haben ſie geſchlaffen / und

wäre

wâre alle Nacht ein Engel gekommen / der sie umgekehret / damit ihre Kleider nicht veralten können. &c. *Sur. 31.* narrat, qvomodo *Lokmannus* qvidam filium suum instruxerit. Qvis iste fuerit, ὡς ἐν παροίδῳ investigare lubet. Christianus Ravius *Paneg.* eum vult esse *Alcmanum.* CL. Golius *l. c. p. 189.* & Hottingerus *Hist. Orient. p. 68.* existimant fuisse *Æsopum:* qvæ sententia ex collatione dictorum & factorum Æsopi & hujus Lokmanni, & convenientia Apologorum ab utroqve editorum (utut CL. Erpenius *Præf. in Fab. Lokmanni* objiciat, qvod Arabes eum ut natione Persam & Religione Judæum describant.) cumprimis redditur probabilis, cum ignotum esse neqveat, qvomodo Impostor ἀφηγήσεις sacrarum & profanarum historiarum interpolârit, ne à qvovis auribus teneri posset, adeoqve centonis sui Exegetis copiosam hariolandi materiam reliqverit. Sic itaqve Æsopus receptus est à Muhammede in Collegium Sanctorum, qvos inter stat ut Saul inter Prophetas vel potius μυόχοδον ἐν πεπέρι.

TH. 22. Pergimus ad *Didactica.* In Alcorano ergò continentur Theologiæ vel potius Mataeologiæ Muhammedicæ fundamenta. De Scriptura qvid sentiat, infrà dicemus. De DEO suam Confessionem edit *Sur. 112.* qvæ propterea الإخلاص *Salutis* vocatur & à Muhammedanis maximi æstimatur. De DEI infinitate agit *Sur. 2. v. 236.* De ejus omniscientia *Sur. 6. 33. 48. 55. 56. 66.* De ejus omnipotentia *Sur. 2. v. 116. 10.* omni-

præ-

praxima fac. 1. cod. & 2. 10. 55. 57. Decretum Genuense: vide ultra Bald. in l. 1. C. de veter. rethingo. 3. 10. 7. 8. 9. 11. 12. 16. 17. De Angelis Senensis medicus: 3. 10. 18. Ioannes Andreas Bononiensis canonista: 3. 10. 18. Ioannes Imolensis: 3. 10. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. De Panormitanis: 3. 10. 35. 36. De Iudicibus, qui quasi regum personas gerebant: 3. 10. 37. 38. Alii nonnulli eiusdem adulationis: 3. 10. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. Ioannes Gerson: 3. 10. 47. in fine de fugiendis idolis. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

dogmatibus Muhammedis poteſt inter alios D. Henricus Leuchterus *in Alc. Mahomemtico ſ.* Türcken-Glauben.

TH. 23. Producimus & *Elenctica.* Diſputat Muhammed in ſuo Alcorano ſæpiſſimè contra *Koreiſchitas*, qvorum perſtingit *partim Idololatriam*, qvod coluerint tum qvasdam *Deas* lapideas אללאת ואלעזי ומנאת *Allath*, *Alozza*, & *Menath Surat. 51.* tum qvosdam *Deaſtros* וד סואע יעוק ונסר *Vodda, Sevaha, Jagut, Jaük & Neſer Surat. 9.* qvos *Keſſæus* vult ad formam impiorum filiorum Kaini factos; *Beidavius* autem primum forma viri, 2. mulieris, 3. leonis, 4. eqvi, 5. aqvilæ cultos eſſe: de qvibus prolixè egit Pokokius ad Abul Farajium: *partim* eorum Ἀγγελολατρείαν, qvod Angelos dicerent Dei filias eſſe *Sur. 6. 41. 43. partim* eorum falſam perſvaſionem, non dari reſurrectionem mortuorum & judicium poſt mortem (utut alii ex Arabibus antiqvis utrumqve crederent & ſimul aſſererent, ſi cujus camelus ſuper ipſius ſepulcrum mactetur, ipſum, cum ad judicium reſurgat, eqvitaturum, at qvi hoc fieri non curaverit, peditem futurum, ceu referunt *Alshareſtarius* & *Abul Farajius*) unde in illos invehitur *Sur. 44.* ואר קל אן וער אללה חק ואלסאעה לא ריב פיהא קלתם מא נדרי מא אלסאעה: *Cum dicitur, qvod promiſſio DEI ſit vera & qvod de hora* (ultimi ſc. judicii) *non ſit dubitandum, dicitis: Neſcimus qvid ſit hora.* Sic *Sur. 9.* ולין קלת אנכם

אנכם מבעותון מן בער אלמות ליקול
אלדין כפריא אן הדא אלא סחר מבין
i. e. *Si dicam: Utiq; excitabimini poſt hanc mortem; tum dicunt infideles iſti: Non eſt hæc niſi manifeſta magia.* Sic alibi ſæpius objicit iis profanas ipſorum voces: אירא מא מת לסוף אכרח חיא i. e. *Qvomodo ſi mortuus fuero, iterum poſſum egredi v. vus?* Item: אירא כנא עטאמא ורפאתא אנא למבעותין כלקא גדידא i. e. *Qvomodo, qvi oſſa & pulvis ſumus, excitabimur in novam creaturam?* Conf. *Surat. 12. 17. 19. 21. 26. 36. partim* eorum τεκνοθυσίαν, qvod filios non tàm ex Religione, qvàm paupertate & metû mactarent. *Sur. 6.* פקד נסר אללין קתלוא אולאדהם i. e. *Et jam pœnam patiuntur ii, qvi occiderunt filios ſuos: partim* eorum abominabilem impudentiam, qvod qvondam ædes ſuas ſacras nudis corporibus circumierint. Hinc *Sur. 7.* יא בני אדם קד אנולנא עליכם יוארי סואתכם i. e. *O filii hominum, jam demiſimus ſuper vos veſtem pro pudendis veſtris: partim* qvasdam ſuperſtitiones, ut qvodcertis ceremoniis nonnullas beſtias à communi uſu emanciparent. Hinc dicit Muhammed *Sur. 5.* מאחעל אללה מן בחירה ולא סאיבה ולא וצילה ולא האם i. e. *Non poſuit Deus Bahirah, nec Saibah, nec Wazilah, nec Ham:* ubi nomen tertium ovem, reliqva camelam vel camelum, certa partuum ſeu fœtuum æſtimatione ſuperſtitioſè emancipatos notant. Conf. tamen Cl. Hotting. *Hiſt. Or. l. 1. c. 7.*

TH. 24. Porrò non rarò ſtringit Muhammed ſtylum ſuum in Judæos, iisqve exprobrat ſanctorum Prophetarum occiſionem. *Sur. 3.* אן אלדין יכפרון באיאר אללה ויקתלון אלנביין בעיר חק ויקתלון אלדין יאמרון באלקסט מן אלנאס ובשרהם בעראב אלים i.e. *Qvi abnegant ſigna DEI & occidunt Prophetas injuſtè, occiduntqve eos, qvi præcipiunt juſtitiam de hominibus, illis annuntia pœnam dolorificam.* Et ibidem: נכתב מא קאלוא וקתלהם אלאנביא בעיר חק ונקול דוקוא עראב אלחריק *Scribemus, qvid dixerint & qvod occiderint Prophetas injuſtè, dicemusqꝫ: Guſtate pœnam incendii.* Sic objicit iis ipſorum אלמסכינה *paupertatem. Sur. 2.* אלדלה *vilitatem. Sur. 3.* אלחשר *μετοικεσίαν* (ſeu exilium, qvô Arabiâ pulſi in Syriam exire coacti ſunt) *Sur. 57.* & ait eos datos eſſe נכאלא *in exemplum* in hac & altera vita *Sur. 2.* imò eſſe populum, cui Deus ſuccenſuit. Sed neqve Chriſtianis omninò pepercit Sycophanta. Malè eum habet, qvod Meſſiam vocant filium DEI. Sic enim ait *Sur. 9.* קאלת אליהוד עזיר אבן אללה וקאלת אלנצארי אלמשיח אבן אללה i.e. *Dicunt Judæi:* Ozair *eſt filius DEI* (Per *Ozair* Impoſtor *Eſdram*, cujus *ἀπο θέωσιν* impingit Judæis, intelligere videtur Hottingero *Theſ. Philol. l. 1. c. 2. q. 1.* reſpondeant autem Judæi pro ſeipſis & hanc picem eluant) *dicunt Chriſtiani: Meſſias eſt filius DEI.*

DEI. Hinc verò tàm Judæos qvàm Chriſtianos appellat paſſim אלמשרכון *Aſſociantes*, qvod Deo vero alium qvaſi ad latus ponant, & utrosqꝫ haud obſcurè vitâ æternâ excludit *Sur. 4.* אן אללה לא יגפר אן ישרך בה ויגפר מא דון דלך למן ישא i. e. *DEUS illi, qvi ſocium ipſi adjungit, non remittit. Aliàs autem remittit, cui vult.* Exprobrare qvoqꝫ iisdem *Sur. 9.* videtur Schiſmata & Sectas, ut jam alia mittamus. Deniqve ſubinde etiam invehitur in cavillatores & adverſarios ſuos. Qvicqvid enim ipſi adverſi vel ſiniſtri accidit, id difficillimè concoqvere potuit, verùm è veſtigio verſiculum vel capitulum confinxit, qvô qvaſi divinitus oblato oraculo omnem controverſiam ſolvere & ſuam authoritatem contra obtrectatores defendere voluit. Sic *Sur. 104.* agit contra *Achnaſchum* filium *Scharik*, *Walidum* fil: *Mogeiræ* aliosqꝫ, qvi ipſi clam ſubtraxerant. *Sur. 111.* contra *Abi Lahebum*, qvi monentem Muhammedem lapidibus petere voluerat. Et qvamplurima hujusmodi dantur capita, ubi ad hæc & ſimilia Sycophanta obliqvè alludit, & amplam commentatoribus divinandi relinqvit materiam.

Th. 25. Res in Alcorano tractatas breviter enumeravimus, qvid verò de ſingulis objecti ſui partibus ejus author dicat, & qvomodo circa objectum ſuum verſetur, tàm breviter dici neqvit. Ea tamen, qva poſſumus, brevitate, hac vice oſtendemus, in Alcorano præter qvædam bona & utilia (nam ſæpe etiam eſt holitor verba oppor-

tuna locutus, licet non dissimulemus Muhammedi hic contigisse, qvod infortunatis solet venatoribus, qvi qvotidie venantur & qvotannis capiunt: Ein blind Huhn findet auch zuweilen ein gut Korn / dicunt nostrates) contineri qvamplurima FABULOSA, ABSURDA, IMPIA, FRIVOLA qvo evicto constabit simul invictè, Alcoranum non esse verbum DEI, & Muhammedem ejus authorem *non fuisse verum Prophetam*, sed potius *ineptum fabulatorem*, *frivolum nugatorem*, *absurdastrum doctorem*, *impium Impostorem & seductorem*. Et licet omnia adducere hic nobis non sit integrum, ex adductis tamen qvilibet facilè ex ungve, qvod dicunt, leonem, vel potius ex auriculis asinum deprehendet.

TH. 26. FABULOSA sunt ex multis pauca sequentia. *Sur. 15.* חגר fabulatur Agyrta, cum homo creatus esset, jussos esse Angelos, ut procidentes cum adorarent, id qvod cum facere recusaret אבליש *Iblis*, seu Diabolus, factum esse, ut DEUS ipsi malediceret. *Sur. 7. 11. 15. 25. 26. 67. 83. 87.* mentionem facit *Temudis*, de cujus legatis *Sur. 25.* refert, qvod ad illos missus sit *Zalech* (Pelegum dicere vult Impostor, ut pleriqve divinant) eos ad cultum veri DEI perducturus, eos autem signi loco petiisse ut camelam ex petra produceret, qvod cum feciisset, eos camelam interfeciisse. *Sur. 21.* seu אלנביא *Prophetarum*, & *36.* de Abrahamo fabulatur, qvod idola patris sui Therachi confregerit & propterea à Nimrodo in ignem conjectus, mirabiliter servatus sit à DEO, qvi dixerit: *O ignis esto*

ista regula & Sabaoth dicitur Abrahame. Hanc fabulam primo occidit Isaac, deinde filios Abdalis Simeonis, ex Ismaelitide Rabbiam ipsum, Isaac, & Abdalis filios, p. 844. modo narratur: In Abdalis Simeonis filiorum Tumulis, Abrahamum, Isaacum, & eorum Sarramque fuisse, nil mendacium. Ergo hæc omnia aliquando fuisse, & nunc esse, ut Sarram fuisse sum Abrahamum in effigie, ut Sarram non esse: Ita Scripturæ mentem ignorare, quæ non vult nos habere: si scripturæ, hæc, vel talia, reperiantur Abrahamum, Sarram propriè ita vocatos fuisse, ut non aliter, ac inter vos filii effigyatos, aut pictos, ut nunc sunt, ita & olim fuisse, & esse, dicitur. At hæc modo videntur simplex. Fabula tradi ut ab ipsis Rabbinis omnia ludibria, & ridicula, quæ sunt fabulosa, quæ manifesta contra, quæ & absurda, & impossibilia, & quæ ipsi Rabbini, & Scripturæ sacræ contraria esse non ignorant, sub nomine Rabbinorum, & Scripturæ sacræ, ut ipsi Rabbini, & Scriptura, quæ Deus ipse inspirauit, & dictauit, & dictata Abrahæ esse ostendat, & Deum ipsum, Sarram fuisse, Isaac, & Abrahamum, & Sarram, & Abrahamum, & Isaacum, & Sarram, & Abrahamum, & Isaacum, & Sarram, & Abrahamum, & Isaac

rare nubes, dixit: Melius eſt adorare ventum, qvi diſpellit illas. Mandavit, ut ventum coleret; Reſpondit: Potius adorandus eſt homo, qvi vento reſiſtit. Tunc ait Nimrod: Tune ludis me? Ego ſolum ignem colo; in illum te conjici volo, viſurus, an venturus ſit Deus tuus, qvem adoras, teq; liberaturus. Atq; ſic è veſtigio projecerunt eum in medium fornacis candentis. Interea rogarunt fratrem ejus Haranem, in qvem eſſet crediturus? Reſpondit: Se, ſi vincat Abraham, crediturum in ipſius Deum; ſin, in Nimrodum. Abjecerunt ergò & Haranem in clibanum, qvi tamen ſtatim combuſtus fuit. Atq; hinc dicitur: Et mortuus eſt Haran לפני ad vultum Therachi patris ſui: *Abraham autem ſalvus evaſit inſpectantibus omnibus.* Conf. CL. Hottinger. *Smegm. Orient. p. 290.* Multis verò aliis nugis refertam hanc fabulam ex Muhammedanorum mente recenſet Dn. Olearius im Roſenthal *p. 146. ſ.* Sur. 12. ſ. יוסף *Joſephi* narrat mulieres Ægyptias ex intuitu Joſephi manus ſcidiſſe. Verba ejus ita reddunter: *Dixerunt mulieres urbis: Uxor illius Nobilis* (Potipharis) *petit ſibi ſervum ſuum, cujus amore capta eſt; utiq; videmus eam verſari in manifeſto errore. Sed hæc poſtqvam audivit earum dolum, miſit ad eas & paravit illis convivium. Poſt dato ſingulis cultro juſſit Joſephum ad eas exire: qvem poſtqvam viderunt, veneratæ ſunt & ſciderunt manus ſuas dicentes: Abſit per Deum, non eſt hic homo: non eſt niſi Angelus honorandus. Tunc ait: Atqvi iſte eſt, propter qvem me reprehendiſtis.* Et hanc hyperbolen à ſuo Apella didiciſſe videtur: cum

hac

hac qvippe certare poteſt fabula, qvæ de Saræ pulchritudine narratur in *Bereſ.rab. Sect. 40. Abrahamus qvando egrediebatur Ægyptum, occultaverat uxorem ſuam Saram in arcâ, ne pulchritudo ejus periculum ſubiret. Telonarii autem ſtatim tributum exegerunt: Abrahamus id ſponte offert. Dixerunt: Veſtimenta ne in arca fers? dabo, inqvit, tributum pro veſtimentis. Ajunt: Aurumne fers? dabo, inqvit, tributum de, auro. Fortè, dicunt. pretioſa ſerica fers? dabo, inqvit, tributum pro ſerico. Sed fortè margaritas fers? dabo, inqvit, pro margaritis. At illi inqviunt: Fieri hoc minimè poteſt: qvin aperito & oſtendito, qvid ſit in arca. Qvamprimum aperuit eam, reſplenduit tota terra Ægypti à ſplendore ejus, &c.* Porrò *citatâ Surata* ineptus ludio fabulari pergit Joſephum patri ſuo fletu & mœrore excœcato tunica ſua faciei ejus impoſita viſum reſtituiſſe. *Sur. 18.* refert Moſen ab Ægyptiis rogatum eſſe: Num aliqvem nôſſet ſe peritiorem? reſpondiſſe illum: Imò *Eliam:* qvem cum juberetur qværere, aſſumſiſſe piſcem in ſportula, & cum piſcis ille non amplius compareret, *Moſen offendiſſe Eliam. λῆρος!* *Sur. 7.* refert de Iſraëlitis, qvod Deus ſuper illos produxerit montem nubi ſimilem, cujus ruinam pertimeſcentes legem divinam accipere coacti ſint. Hanc fabulam iterum didicit à ſua verpa Abdalla; nam Judæi fabulantur, cum lex daretur, Deum evulſiſſe montem Sinai & elevâſſe eum in aërem, ita ut Iſraëlitis inſtar cupæ vel dolii immineret, & dixiſſe: Si vultis accipere legem, benè eſt: ſi non vultis, hîc erit ſepulcrum veſtrum. Vid. *Targ. Jonathan. ad Exod.*

19. 17. Talm. Schabbat. f. 88. 1. Avoda Sara c. 1. ab init. Beth Jaacob f. 168. 2. &c. Sur. 27. אלנמל *formicæ*, miram Impostor fingit fabellam de magno agmine formicarum metuentium & studiosè caventium, ne ab exercitu Salomonis conculcentur. *Ibid.* narrat avem qvandam nimir. אלהדהד *Upupam*, famam reginæ Sabæ Salomoni attulisse, & ad eandem à Salomone ablegatam fuisse. *Sur. 38.* ait diabolos Salomoni in extructione Templi suam operam commodâsse, cum verò illi mors instaret, DEI providentia factum esse, ut baculo innixus moreretur, nec prius concideret, qvam vermiculus seu tinea baculum corrosisset, qvo fracto & collapso dæmones demum Salomonem exspirâsse animadverterint. Fabulam hanc paulò diductius narrant Exegetæ, nimir. cum Salomoni in sacello Angelus mortis ultimum diem significâsset, Salomonem rogâsse DEUM, ut Diabolos, qvos ad templi ædificationem conduxerat, celare mortem suam, qvò opus inceptum perficerent. DEI ergò providentia factum esse, ut moreretur stans & innixus scipioni suo: dixisse autem dæmones: utiqve non est mortuus, sed vivit, adeoqve noluisse eum tangere & permansisse in labore suo, donec elapso anno baculus à tinea eroderetur & sic Salomon declinans instar aridi graminis concideret. Sed hoc commentum iterum accepit Sycophanta à Judæo suo. Nam in *Schir haschirim rabba f. 2.* dicit *R. Huna* omnes creaturas & sic qvoqve dæmones Salomonem in templi ædificatione juvisse. Et in *Gittin f. 68. 1.* prolixa refertur

tur fabula, qvomodo *Asmodæus*, Dæmonum princeps, monstrârit Salomoni vermiculum שמיר *Schamir*, cujus virtute lapides durissimi scindi & findi possent. Alio tamen indicio (ut hoc ὡς ἐνπαρῳδῶ adjiciamus) Salomonem nactũ esse illum vermiculum narrat ex Rabbinis R. D. Kimchi *ad 1. Reg 6. 7. Sunt*, inqvit, *qvidam ex Rabbinis nostris, qvi asserunt lapides in monte non fuisse cæsos ullo instrumento ferreo, sed per vermiculum qvendam, qvi vocatur* Schamir. *Eum si adhiberent lapidibus, statim per se fuisse fissos & dolatos. Ajunt qvoqve vermiculum istum fuisse instar grani hordeacei. Posuerunt eum & conservârunt in arcula plumbeâ cum furfuribus hordeaceis. Et licet vel super montem eum ponerent, diffindebat eum. Eo divisit Salomon omnes lapides templi. Qvis autem dedit eum regi Salomoni? aqvila adduxit eum ex Paradiso, &c.* Conf. Buxtorf. *Lex. Talm. v.* שמיר. *Sur. 28.* narrat Impostor duos Angelos, qvibus nomina *Harut & Marut*, ad confusionem lingvarum missos, in mulierem qvandam, libidine exarsisse & docuisse eam alterum qvidem, qvomodo in cœlum ascenderet, alterum qvomodo descenderet: qvæ fabella non est absimilis commento Judaico de *Schamchasai* & *Usaële* Angelis, qvi in terram descenderint & libidines exercuerint tempore antediluviano, qvo de conf. *Targ. Jonath. Gen. 6. Schalschelet Hakk. p. 6. Zennorenna ad Gen. 6.* Ad fabulas has referimus confictas illas ἐπῳδάσεις, qvibus Impostor sibi authoritatem qvandam conciliare voluit. *Sur.*

17. qvæ aliàs בני אשראיל *filiorum Iſraël*, à *Du Ryer* autem *Voyage de Nuit* (*iter nocturnum*) inſcribitur, narrat ſe qvadam nocte (diſceptant Muhammedani, num κατ' ὄναρ, an ἐν σώματι) animali *Boraco* inſidentem à templo Meccano ad Hieroſolymitanum translatum eſſe. Prolixius commentum narrāt ex Commentatoribus Fr. Richardus *c.14.Sur.72.* fingit Dæmones aliqvando magno facto agmine à ſe Alcoranum audiviſſe (credo certè, qvod cuivis Muhammedis lectioni magno cum tripudio interfuerint) & qvosdam ex illis Saracenos factos eſſe (hem dignos tanto doctore, incarnato qvippe diabolo, diſcipulos & Proſelytos!)

TH. 27. Verùm ſiſtemus hìc jam ſeorſim qvædam manifeſtè Abſurda, ἄτοπα, ἄλογα: eaqve partim *dogmatica*. Sic *Angelos* ſtatuit ex igne *Sur.38.* & *dæmones* ex igne venenato *Sur.15.* creatos eſſe. Angelis qvoqve adſcribit animas, eosdemqve mori & reſurrecturos eſſe ait *Sur.16.78.* *DEO* qvoties adſcribit *corporeitatem?* dicit *Deum creâſſe hominem juxta formam ſuam, & ſenſiſſe ſe digitos DEI frigidos, qvibus ſibi humerum tetigerit.* Licet enim multi hoc impropriè intelligant, alii tamen id in proprio ſenſu defendunt, qvos inter *David Alzawarienſis*, qvi etiam aſſeruit *Deum à vertice ad pectus eſſe concavum, deorſum vero ſolidum; eſſe ei cæſariem nigram, capillum criſpum*, referente Pokokio *Abulf.p.227.* ô cœca pectora! *Sur.103.* ait Impoſtor DEUM *&* *Angelos orare pro Muhammede & Saracenis.* Qvem a qvæſo, DEUS roga-

rogaret, cum ipso fatente Muhammede nonnisi unus sit? Vitam verò æternam in qvam Peredesiam & Perbibesiam, imò lupanar, hic scurra convertit? Paucula producemus testimonia. *Sur. 2. 8.* poma, fructusqve varios: *Sur. 76.* potum velut Zingiber promittit: *Sur. 108.* fluvium Paradisi, *ubi præclarum bonum, qvod dulcius melle, candidius lacte, frigidius nive, mollius spuma, cujus orx Chrysolithus & ansæ argenteæ. Sur. 55.* ait: *Ibi* (in Paradiso) *fore tapetia, puellas candidis oculis, cum qvibus jacebunt & non fœdarunt illas ante eos* (beatos sc.) *homines vel dæmones.* Imò tribuit iis *oculos magnos instar ovorum, qvibus semper aspicient dilectos suos, eorumqve lecti oppositi invicem erunt Sur. 37. 44.* Et ut omnia in compendium redigamus, à Muhammede dictum fertur, *unicuiq; è Paradisi incolis datum iri vires centum virorum ad edendum, bibendum, libidinandum & venerem exercendam*, in כנז אלאשראר *seu* Thesauro Secretorum, teste Pokokio *p. 293.* Qvasi præcipuum hujus vitæ opprobrium, summa esset alterius felicitas.

Th. 28. Qvod si prolixiorem tractationem instituere vellemus, possemus etiam ex Alcorano qvamplurima proferre absurda Philosophica. Sic avibus nugivendulus tribuit loqvelam & lingvam, nam *Surat. 27.* refert Salomonem intellexisse garritum avium & dixisse: יא איהא אלנאש אלמנטק אלטיור *O homines intelligite avium eloqventiam.* Sed & hoc hausit Muhammed à Præceptore suo Judæo. Sic enim Kimchi

Kimchi l. c. ait: *Qvis autem dedit eum* (vermiculum Schamir) *regi Salomoni? aqvila adduxit eum ex Paradiso, ſicut dictum eſt:* Et locutus eſt Salomon ad jumenta & ad aves, *1. Reg. 4. 33. Qvid locutus eſt ad aves? qvæſivit ex eis, ubi eſſet Schamir vermiculus. Confeſtim avolavit aqvila & attulit eum, adduxitqve ad Salomonem ex Paradiſo.* Alia mittimus.

TH. 29. Non poſſumus autem, qvin hic adducamus abſurda *Hiſtorica*, ſive turpiſſimos illos parachroniſmos & errores, qvi Muhammedis ἀνιστορησίαν manifeſtè produnt & qvam miſer fuerit vates, qvi ne præterita qvidem, qvæ per totorum ora volitabant, ſcire potuit, oſtendunt *Surat. 36.* Iſmaëlem vocat רביה אללה *Sacrificandum DEO*, eum cum Iſaaco confundens. Aaronis μοχθοποΐαν cuidam *Samari* (qvem CL. Hottinger. *Exerc. Anti-Morin p. 27.* & *Hiſtor. Orient. p. 58.* oſtendit *Micham* eſſe, cujus hiſtoria in libro Judicum tractatur) per turpiſſimam ἀνιστορησίαν adſcribit, *Sur. 19. Eliam* Prophetam Moſi σύγχρονον facit *Sur. 59.* Et *Sur. 2.* ait Saulem populum ad fluvium duxiſſe & ex bibendi modo didiciſſe, qvinam ad bellum feligendi eſſent, id qvod tamen *Gideonem* feciſſe ex *Jud. 7.* manifeſtum eſſe poteſt. Mariam θεοτόκον Amrami filiam & Aaronis ſororem facit *Sur. 3.* qvæ & עמראן *Amrami* dicitur, qvam inſignem ἀθλιοτομῶ Muhammedani magno conatu excuſare ſatagunt, ſed perqvam turpiter & ſe & Muhammedem ſuum

ſuum ubiqve proſtituunt. Conf. Pokok. *p. 173.* Hotting. *Hiſtor. Orient. p. 81. ſ.*

Th. 30. Jam qvoqve & Impia qvædam excerpemus. Ex *Sur. 33. ſ. agminum* אלאהזאב manifeſtum, qvàm parvi duxerit impius nebulo adulterium. Uſus erat aliqvandiu petulcus hic taurus uxore miniſtri ſui *Zaidi* ex Prophetica, ut prætendebat, licentia. Cum verò ſcandali metu (ſi qvis tamen impudentisſimum hominem tetigit pudor) aliqvandiu ab ea abſtinuiſſet, neq; tamen ulterius impuræ libidinis ſuæ flammas occultare poſſet, finxit hâc ipsâ Sur. ſe à Deo graviter reprehenſum eſſe, qvod ab eo, qvod ſibi à Deo permiſſum ſciret, præ reverentia hominum tamdiu ſe continuerit, adeoqve Zaidum coëgit, ut *Zainæ uxori* ſuæ repudium mitteret eamqve ſibi traderet. *Ibidem* ait, ſi mulier aliqva (ex pio ſc. *Zelo*) velit corpus ſuum ſibi offerre, id licere, ſed ſibi tantum, non aliis. O execrandam *tanti Prophetæ* ſanctimoniam, de qvo apud Albocharium aliosqve refertur, qvod ipſi virtus *trigintæ virorum in Venere data fuerit.* Bellam ſcilicet virtutem! qvæ & in petulcum taurum cadere poſſet. Neqve vir impius perjurium majoris æſtimavit. Perjurium enim committens vel commiſſurus facilè per ipſum ſe extricare poteſt: ſi enim dives ſit, redimet ſe decem pauperes paſcendo vel hominem redimendo: ſi in ære non habeat, vult Muhammed ut in corpore luat & per tres dies jejunet *Sur. 5.* Cum autem ipſe aliqvando meretriculæ cuidam contra fidem uxo-

ribus

ribus datam iterum cohabitâſſet, perjurium facto cœleſti nuntio excuſavit & hinc fermè *Suratam 66.* confecit. Et *Sur. 2. & 5.* juramentum inconſideratum vel ſimulatum non ſtringere vel obligare aſſerit. Ut verò levitas hujus agyrtæ eò evidentiȝ deprehendatur, ſpecimina qvædam exhibebimus *vaniſſimorum & ridiculorum ſæpius juramentorum*, qvæ pasſim qvaſi per luſum & jocum iterat. *Sur. 52. ſ.* אלטור *montis* jurat *per Montem, per Scripturam delineatam in pagina extenſa, per domum habitatam & per tectum elatum, & per mare fervens. Sur. 95. ſ.* ואלתין *per ficum*, jurat *Per ficum & Olivam, per montem Sinai & per hanc provinciam fidelem; Sur. 53. ſ.* אלנחם *ſtellæ: Per dimiſſos crines & procelloſos ventos; per ſparſas diſſipationes & per ſeparatas ſeparationes.* Sic aliàs jurat (qvin & qvandoqve DEUM jurantem introducit) per *ordines Angelorum Sur. 37.* per ventos, , nubes, cœlum *Sur. 50. 51.* per ſigna Zodiaci *Sur. 85.* per ſidus lucens (Saturni) *Sur. 86.* per noctem obſcuratam & auroram, per paſcha biduumq; præcedens *Sur. 89. 92.* per veſperam *Sur. 103.* per ſolem *Sur. 91.* imò (auditum admiſſi riſum teneatis amici) juxta multos per literam כ *Sur 68.* (ubi & per calamum jurat & per illud, qvo ſcribunt) & per literam ק *Sur., 50.* Horrendum autem ejus juramentum per dæmones *Sur. 77.* Atqve vel hinc patet, qvam familiaria olim Orientalibus fuerint *temeraria illa juramenta*, qvalia etiam in Judæis Salvator noſter taxavit. Conf. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 2441.* Hakſpanius *ad Nizz. p. 261.*

TH. 31.

Th. 31. Qvamplurima deniqve dantur in Alcorano Frivola, qvæ nos pleno, qvod dicitur, horreo admetiri poſſemus, ſed placet ex uberrima meſſe qvoddam ſaltem referre ſpicilegium, & ſufficit nobis, ſi ex Muhammedicis floſculis paucu-los modo in areolas noſtras conferamus. Hic itaqve ſpeciminis loco perſtringemus Sycophanticam illam nominum propriorum interpolationem Muhammedi nimis familiarem, qvippe qvæ vaferrimum Impoſtoris ingenium ſatis arguit. Kain & Abel, ipſi *Kabel* & *Abel*; Goliat & Saul, ipſi *Galuth* & *Taluth*; Gog & Magog, ipſi *Jagog* & *Magog*; Angeli confuſionis lingvarum *Harut* & *Marut*; ſcilicet. ὁμοιοπτώτους ἔνεκα voculis ludit, non aliter ac pueri nucibus. Porrò Enoch ipſi vocatur *Edris*, Eber *Hud*, Peleg *Zalech*, Jethro *Schoaib*, Eliſæus *Jaſin*, Eſdras *Ozair*, Johannes *Jahia*, Jeſus *Iſa*, ut paſſim in Hiſtoria Orientali oſtendit Cl. Hottingerus. Studio nugas egit Agyrta, ut fumos ſuis hominibus venderet.

Th. 32. Jam breviter qvoqve in ſpecie luſtrabimus, qvid Impoſtor de Salvatore & Religione noſtra ſentiat. Chriſti ſemper qvidem meminit κατ' ἐυφημίαν, multa tamen habet obelo digna. Rectè eum vocat Verbum DEI (qvo ſenſu tamen id faciat Impoſtor, oſtendit Warnerus *l. c. p. 15.*) filium Mariæ ἀειπαρθένου, à Spiritu ſancto conceptum, qvi rectè docuerit Judæos, et fecerit qvam plurima miracula. Patet hoc ex *Sur 3.* ubi Muhammed ait, *cum dixiſſent Angeli, ô Maria*

ria eqvidem Deus tibi annunciat verbum ſuum, cujus nomen erit Meſſias Jeſus filius Mariæ, qvi futurus eſt illuſtris in hoc mundo & in altera vita, erit *ex appropinqvantibus* (ſeu aſtantibus throno Dei) *qviqve loqvetur hominibus in cunis & adoleſcens, eritqve ex proſpere agentibus. Dixit illa: Domine mi, qvomodo erit mihi proles cum non attigerit me ullus homo? Dixit: Ita Deus creat qvicqvid vult, cum decrevit negotium aliqvod, tantum dicit illi: Eſto, & eſt. Docebit autem Deus illum, librum & ſapientiam, & legem Moſis & Evangelium, & legatum* faciet *ad filios Iſraël, dicentem: Utiqve ego veni ad vos cum miraculis à Deo veſtro. Namqve ego creabo vobis* aliqvid *de luto ad formam avium & inſpirabo illis, fientq; aves permiſſione DEI: Et ſanabo cœcum & leproſum, ad vitam revocabo mortuos permiſſione DEI: Et explicabo vobis qvid eſuri, qvidqve in theſaurum repoſituri ſitis in ædibus veſtris: Eqvidem in eo ſignum habetis, ſi eſtis credentes. Et confirmabitur qvod coram me eſt de lege, utqve licita vobis faciam quædam, qvæ vetita fuerunt vobis, veniamqve ad vos cum ſigno à Domino DEO veſtro. Timete autem DEum & obedite mihi. Eqvidem DEus eſt Dominus meus & Dominus veſter, ideoqve adorate eum: Hæc qvidem via eſt recta. Cum vero perſenſiſſet Jeſus ab iis infidelitatem, dixit: Qvinam aſſeclæ mei apud DEUM? Dixerunt Apoſtoli: Nos adjutores DEI & credimus in DEum: Tu verò teſtare, qvod ſimus Muſulmanni* (orthodoxi) *Domine noſter, credimus in illud, qvod cœlitus demiſiſti, & ſeqvimur legatum, ideoqve*

vere adoranda tribuat. Et cum Pseudoalcoranus ipse Christum Dominum, Deum, Verbum, Spiritum & Virginem eximiam cum Scriptura & Ecclesia confiteatur, & ex his quæ ipse de Christo Domino, Deo, Verbo, Spiritu & Virgine eximia, quæ sunt vera & sacræ scripturæ, & Ecclesiæ Catholicæ fidei consona, ipse tamen Christianis non credat, & ipsi Christiani ipsum defendi & approbare non debeant, quæ de Christo & Virgine eximia, Pseudoalcoranus ipse dicit, quæ sunt falsa, & sacræ scripturæ, & fidei, quod dictat, contraria, quibus Christiani non credunt, & ipsi Christiani ipsum Pseudoalcoranum ipsum, cum Mahometanis Turcis & aliarum gentium Infidelibus, non approbant, neque defendunt. Nec autem negare, & ipsum Pseudoalcoranum, sibi ipsi non esse consentaneum, & ipsum Pseudoalcoranum, cum Christianis, sui ipsius non esse consentaneum, & ipsum Pseudoalcoranum, sibi ipsi non esse consentaneum, Nam 1. primo dicit verba quæ sunt Christianis & Catholicis fidei consona, ut ex Alcoran. Azoara 4. Ayra 171. Dixit Deus, ô Maria, Jesus Christus Filius Mariæ, Legatus Dei, Verbum Dei, & Spiritus ejus, ut credatur Deum, neque tradatur Deum esse tertium Deum, neque credatur Deum esse duos Deos, & ita autem posthæc ut in loco citato est dictum Pseudoalcoranum, sibi ipsi non esse consentaneum, & cum eodem fatetur V. & N. T. per vetus Jus Dei quidem agnoscit & Christianos, sed eandem tamen a Judæis & Christianis corrup-

tam esse clamitat. *Surat. 4.* de Judæis ita loqui tur: אלדין האדוא יחרפון אלכלם מואצעדה ויכולון שמענא ועצינא *Qvidam ex Judæis auferunt verba de locis suis; & dicunt: audivimus qvidem, sed repugnavimus.* De Christianis confer Warnerum *l. c. p. 28.* & Hotting. *Thes. Philol. p. 126.* Qvi autem adversus Impostoris hujus commenta, blasphemias & absurda mendacia antidotum qvoddam desiderat, consulere poterit Johannis Andreæ *Confusionem sectæ Muhammedanæ*, Frat. Richardi *Confutationem Alcorani*, qvam *B. Lutherus* Germanicè vertit, Johann Galensis Angli *Tractatum de Muhammedis vita & doctrina*, Widmenstadii *notas ad Theologiam Mohammedis & Alkorani Epitomen*, Phil. Gvadagnoli *Apologiam pro Christiana Religione contra Ahmed Persam*, P. Nau *Ref. Alcoranı per Alcoranum*, & alios.

TH. 33. In seqventibus de qvibusdam Alcorani *Adjunctis & accidentibus*, nimirum magna veneratione, qva eum prosequntur Muhamedani, *Versionibus* & *Commentariis* agemus. Qvod ad primum, vix dici potest, qvam superstitiosè Musulmanni isti scriptū æterna oblivione dignissimum venerentur. Lubet hic adscribere verba Bartholomæi Georgiewiz *de Turcarum moribus p. 24. Tantam reverentiam Turcæ Machometi traditionibus & statutis præstant, ut non solùm DEum, (qvod nostris plerumqve accidere solet) non blasphement; imò schedam qvomodocunqve scriptam in terra jacentem sirepererint, erectam & sæpius deosculatam in rimam parietis positam obstruunt;*

non [illegible] [illegible] [illegible]

tam esse clamitat. *Surat. 4.* de Judæis ita loquitur: מן אלדין האדוא יחרפון אלכלם מן מואצערה ויכולון שמענא ועצינא *Qvidam ex Judæis auferunt verba de locis suis; & dicunt: audivimus qvidem, sed repugnavimus* De Christianis confer Warnerum *l. c. p. 28.* & Hotting. *Thes. Philol. p. 126.* Qvi autem adversus Impostoris hujus commenta, blasphemias & absurda mendacia antidotum qvoddam desiderat, consulere poterit Johannis Andreæ *Confusionem sectæ Muhammedanæ*, Frat. Richardi *Confutationem Alcorani*, qvam *B. Lutherus* Germanicè vertit, Johann Galensis Angli *Tractatum de Muhammedis vita & doctrina*, Widmenstadii *notas ad Theologiam Mohammedis & Alkorani Epitomen*, Phil. Gvadagnoli *Apologiam pro Christiana Religione contra Ahmed Persam*, P. Nau *Ref. Alcorani per Alcoranum*, & alios.

TH. 33. In seqventibus de qvibusdam Alcorani *Adjunctis & accidentibus*, nimirum magna veneratione, qva eum prosequntur Muhamedani, *Versionibus* & *Commentariis* agemus. Qvod ad primum, vix dici potest, qvam superstitiosè Musulmanni isti scriptū æterna oblivione dignissimum venerentur. Lubet hic adscribere verba Bartholomæi Georgiewiz *de Turcarum moribus p. 24. Tantam reverentiam Turcæ Machometi traditionibus & statutis præstant, ut non solùm DEum, (qvod nostris plerumqve accidere solet) non blasphement; imò schedam qvomodocunqve scriptam in terra jacentem si repererint, erectam & sæpius deosculatam in rimam parietis positam obstruunt;*

unt; dicunt peccatum esse, si literæ, qvibus nomen DEI & lex Machometi describitur, pedibus conculcentur. Et nemo audet Christiano vel alterius fidei vel Religionis homini vendere Alcoranum aut alia eorum scripta, ne abjecta palpentur pedibus vel immundis manibus contrectentur, alioqvin capitis pœna plecterentur. Ipsi Muhammedani Alcoranum nonnisi probè loti legunt, unde ne qvis hic per imprudentiam peccet, coriacei involucri, qvo liber est compactus, protensiori labro, qvod ipsi לשאן אלכתאב *lingvam libri* vocant, in anterioris partis medio aureis plerumqve literis imprimi solent hæc verba: לא ימשה אלא אלמטהר *Ne attingat eum, nisi lustratus*, qvæ verba ex Sur. *LVI.* petita sunt. In exemplari, qvod vidit Wilh. Schickardus, illa προφυλακὴ formâ deaurata, depicta fuit, ceu testatur, *de Jure Regio p. 51.* In meo exemplari exprimuntur ista verba in plurali h. m. لا يمسه الا المطهرون *Non attingant nisi mundati.* Scilicet miseri homines nil sanctius suo Alcorano in toto terrarum orbe dari posse certò certius persvasi sunt.

Th. 34. Et cum nullum tempus utilius collocari posse arbitrentur, qvàm qvod Alcorano impenditur, diligentissimè eundem lectitare solent. Unde de qvodam, cui nomen *Abu Hanifah Alnooman* narratur, qvod in carcere, in qvem, qvod judicis munere fungi nollet, conjectus erat, & per aliqvot annos ad finem usqve vitæ suæ ibidem

degebat, Alkoranum perlegerit *ſepties millies*, referente Pokokio *ad Abul Farajium p. 298.*

TH 35 Nefas qvoqve iis eſſet, & ſummum piaculum, Alkorani Textum qvocunqve modo vel prætextu in dubium vocare, utut de *ſenſu* variis ſæpè modis inter ſe diſceptent. Et *Omarus* Imperator ſub initium Muslemiſmi, ne Koranus in dubium facilè vocari poſſet, callidè cavit. Cum enim omnia creditu & ſcitu neceſſaria in eo contineri diceret, reliqvos omnes libros ſeu Philoſophicos ſeu alios ex Bibliothecis regiis conqviſitos in balnea comburendos diſtribui juſſit, qvibus calefaciendis per integrum ſemeſtre inſervierunt, narrante eodem Pokokio *l.c. p. 136.*

TH. 36. *Surata* autem *prima*, ut hoc אגב אורחא notemus, in aliqva præcæteris apud Muhammedanos eſt ἐξοχῇ & pretio: eam enim in *Mesgidis* ſuis vel templis plerumqve orant, eſtqve illa ipſis ita familiaris & uſitata, ut nobis *oratio Dominica.*

TH. 37. *Verſiones* Alkorani aliqvot hactenus editæ ſunt, in qvarum tamen nnlla curioſus Lector acqvieſcere poteſt. Difficultatis hujus cauſa non eſt *Alcorani prolixitas*, cum ejus moles absq; Commentariis vix tanta ſit, qvanta eſt *Novi Teſtamenti*, ſed maxima ejus *obſcuritas*. *Latinæ* Alkorani verſiones duæ extant, *antiqva* una, altera *recentior.* De illa ita Erpenius *ad Sur. Joſ. præf. in verſ. antiq. Jam anni fermè qvingenti ſunt, qvod auſpiciis Abbatis Cluniacenſis, in Hiſpania, tota Muhammedanorum lex, Alkoranus, ex Arabico in La-*

in Latinum verſa fuit a Roberto Redmondo Anglo, & Hermanno Delmanio, qui verſiones illas Latinas recognovit, atque emendavit, & variis scholiis, ac notis, tum ex antiquis & recentioribus Scriptoribus collectis, tum ex suo ingenio depromtis illustravit. Ita ex variis unum est, ex antiquis recentissimum, ex obscuris lucidum, ex mendosis emendatum, & ex variorum laboribus unius Viri, qui omnes complectitur, studiosissimi non labor, sed opus factum est. Quod ipsum ex Præfatione Hermanni Delmanii ad Lectorem, quæ Tomo I. Operum Aristotelis p. 233. ita se habet: *Ego vero, quod ad me attinet, ut Aristotelis Interpretes, Graecos, Latinos, & Arabicos Codices ſolos, inter eos ſelegi, qui mihi ad manum erant, ita Latinos Codices, quos Hermannus vertendos, atque emendandos curavit, & ad antiquiſſimos quoſque Codices Graecos, Arabicos, Hebraicos, Latinos, quos ipſe ſibi comparavit, & quos

dunt. Hinc ait Erpen. *Orat. de Ling. Arab. præstantia: Curant plerique* (Muhammedani) *liberos suos literis Arabicis imbui, quo non Alcoranum modo, quem legere omnes tenentur, sed & alia scripta tum publica tum privata intelligant. Persas* tamen, qvi ob qvædam in Religione discrimina à Turcis pro hæreticis habentur, Alcoranum in suam linguam convertere, ex testimonio *Francisci Bartoni* ἀυτόπτου probat Hottingerus *Hist. Or. p. 313.* Et nos vidimus tale exemplar, ubi *Textui Arabico Versio interlinearis Persica* subjecta fuit.

TH. 39. *Commentaria* in Alcoranum benè multa sunt, & variis modis inter se dissident, qvod vel sola vocula קיל *ajunt*, toties repetita, testatur. Celebriora sunt *Zamachscharii* & *Beidavii*. Persam qvendam valdè commendat CL. Golius *l. c. p. 183.* Plures vide apud Hottingerum *in Bibl. Orient. p. 158. seqq.*

TH. 40. Et hæc de *Alkorano* dicta sufficiant. Præter eum Turcæ venerantur qvoqve Traditiones Muhammedis orales, qvas vocant סונא *Suna*, vel אלשונא *Assona*, unde & *Sunitæ* vocantur: Verùm harũ tractatio peculiarem reqvireret operam. Præguſtum qvendam è recensione nudâ capitum *Zachichi-Ibochari* à nobis infrà exhibenda capere poterit benevolus lector. Conf. interim Pokokius *in Notis ad Abul. Far. p. p. 289.* Hotting. *l. c. p. 163. 210.* Gentius *ad Musladinum Sadum p. 578.* Nos pro hisce decernimus humillimè

SOLI DEO GLORIAM.

APPEN-

APPENDIX PRIMA,
f.
ELENCHUS OMNIUM SURATARUM ALKORANI,
cum
Argumentis ſingularium ex Hottingero decerptus.

Surata prima, dicitur פאתחה אלכתאב *Apertio*, ſeu proœmium *libri*. Item, teſte Keſchapho, אם אלכתאב *Mater libri*: שורה אלכנז *Caput theſauri*. אלחמד *Caput laudis*. אלצלאה *Caput precationum*, qvia qvotidiana eſt Muhammedanorum Oratio, item

ואפוה וכאפיה *Perfectio*. אשאש *Fundamentum*; אלשכר

ואלדעא *Caput gratiarum Actionis & invocationis*.

אלשפא *Caput Medicinæ*. Septem conſtat verſiculis, unde & אשבע

אלמתאני nuncupatur. *Meccenſis* vulgo inſcribitur. Variant tamen nonnulli, juxta Beidavium.

II. *Surata*, Medinenſis conſtans verſibus 286. vocatur אלבקרה *Vaccæ*, Argumento petito à rufa vacca Iſraëlitarum, *Num.* c. 19. Multa de Adami lapſu, Davide, Goliatho, Saule, Iſraëlitarum commoratione in deſerto interſerit. Caput hoc

ſecundum qvantitate poſtrema ſuperat qvadraginta. Duo cumprimis verſiculi ſunt magnæ autoritatis, qvos nugantur Deum creaſſe 2000. annis ante conditum mundum, qvosqve fingunt ex Paradiſi theſauris Dei manu ſcriptos.

III. אלעמראן Caput *de familia Imrani.* Confundit agyrta Mariam θεοτόκον, cum Maria ſeu Mirjam, Amrami filia, ſorore Moſis. Medinenſe eſt hoc caput, conſtans verſibus 200. De Maria agit, Chriſto, Johanne, Apoſtolis, Trinitate.

IV. אלנשׂא *Surata mulierum*, Medinenſis, verſuum 176. ſic dicta, qvia tractat de mulieribus, πολυγαμίᾳ, ſponſalibus, repudiis, prohibitis gradibus.

V. אלמאידה *Surata menſæ*, Medinenſis continens verſus 120. Sic dicitur, qvia menſæ meminit cœlitùs apoſtolis demiſſæ. Cœnam Domini vulgo intelligunt: Sed reclamant Muhammedani. Videtur potius alludere ad Joh. c. 6.

VI. אלאנעאם *Surata de beſtiis.* Sermo de variis circa beſtias ritibus. Meccenſis eſt, exceptis verſiculis tribus aut ſex, in univerſum abſolvitur verſibus 165.

VII. אלעראף *Caput de ſepto*, cœlum terramqve interjacente. *Limbum* vocat Ryer. Alii *purgatorium* intelligunt. Occaſio Suratæ petita videtur ex *Luc.* c. 16. Varia beatorum & damnatorum habentur colloqvia. Meccenſis eſt, exceptis octo verſiculis. Verſus habet 206.

VIII.

I. VIII. Sic Ovid. *Copa de Baiis*, Meliorem, vocat habet 79. Aggr. de diuitiis Ipsithilæ, Nec mea sunt plena cornua dira mala, Nec Libycis ditant me Mulleimassa, nec autumno Bacchifera Calenus de colle racemos Mittit: ingenium, quantum potes, quod habemus Laudamus: facile est.

I. IX. Propert. *Si tetra parsimonia*, Medium fallere diuites est artificium: verbum 70. tam a lumine cera 140. mixta. Propriam habet hic caput, ut Ovidius ait Amor. 1. 14. 51. Nec mea sunt plena cornua dira mala, hic, ut mauult Nemp. facies habilem Mulsimassam, ut Ovidius Libycis ditant me Mulleimassa, nec autumno dari nobis. Vocatur ædes Mulsimassa, quæ ex arte à Mulsimasso ædificata structaque erat. Sunt & plura huius copiæ nomina.

I. X. 229. Iuuenis Iuno, Meccenis verbum 29. Ascendens a Iunone Nouercia quorum libitum sub forma utitur.

I. XI. 230. *Iuuenis Mauli*, i. Eberi vid. *Mulcaster*, p. 66. Meccenis verbum 23.

I. XII. 231. *Iuuenis Pythii*, Meccenis verbum 20. tum Exemplar Bibliothecæ Tigur. 232. Conscius Pantherus Bacchi Bibliotheca, Bibliotheca hæc fabulis referuata.

I. XIII. 233. *Iuuenis Mercurii*, Meccenis verbum 16. tamen Meccenium ede volunt, cum eorum Mercurius Meccenis esset ab Apio Bibliotheca eius sponsus.

XIV. מנחם Menahem, Consolator, Solatium, Mercurius. Agit de Mole & Abrahamo.

XV. מנשה Menasse, Oblivio. Agit de Cruce Vet. Mr. Augustin de Nicolays, Dns. Mandeure Ann. 1600. Vocatus Menasse, quia Crucem Christi Mediatoris quæ Mercedis. Fabricata erat de Arcubi pretiosi Ligno vulgo Bois de Gayac. Auctore Mr. Antonio Vitet Cyro Archiatro. Caput hoc Mercurio ob eandem rationem.

XVI. עבדיה Ezpad de Ayolon, Mercenarius, vocat ordine Ab Esau. Agit de Jacobo & Esau. De Vasis Dei spiritalis, & animalibus mundis & immundis. Caput Mercurii.

XVII. עובדיה Servus de Elia Ezpad, Colendus Deus, Colens Deum, Servus Dei, Agit de Vasis Dei, & Vasis Impii. Ex Exemplar Codicum Vetustissimi manu exaratum, Ex Bibliotheca Electoris, & Academ. Reformationis Heidelbergæ. Ex Vasis Impiis habes Nomen Dei & Nasi, Sive nos Summus, quod inde habebant Ægyptii Dei & quos Hebræi, Exod. Cap. XII. 29. & 30. Ex his Vasis Nasi, & Dei, habebant.

XVIII. עזריאל Servus Dominus, Mercurius Ecclesiæ veteris. Patrocinium Ecclesiæ veteris, & ejus Servorum Dominum hunc nunc & vetiperi ; ex quo habebant, & habituri sunt, Ecclesiæ Christianæ. In Bibliotheca Tigurina, Bibliotheca habetur Codex Vet. Testamenti Hebraicus, quem Ezechiel V. Azuel, de domo suæ pulchræ manu, Ex-Ægypto secum duxit.

XIX. מרים *Surata Mariæ*, Meccenſis tota, excepto uno verſu, verſiculis abſoluta 98 aut 99. De Maria, filio ejus, cujus negat Deitatem; Patriarchis Abrahamo, Enocho &c.

XX. طه Surata Th; id eſt, ut *Gelaldinus* & alii explicant; per Raſche Thebhot Hebræorum אשרי ושלום *Beatitudo, & Infernus.* Beidavius ex dialecto Accarorum, يا رجل ô vir, ὦ ἄνδρα explicat. Meccenſis eſt, abſoluta verſibus 134. De Moſe, Pharaone, adoratione hominis, Paradiſo, ultimo die.

XXI. אלאנביא *Surata Prophetarum, Meccenſis*, verſuum 12. in Kufico; 111. in Medinenſi: de prophetis, operibus Dei, Patriarchis, Prophetis, Regibus V. T. Zacharia, Johanne, B. M. virgine, Gog & Magog.

XXII. אלחג *Surata peregrinationis Meccanæ*, Meccenſis, exceptis ſex verſiculis; Alias verſibus conſtat 78.

XXIII. אלמומינין *Surata fidelium*; Meccenſis, 119. verſuum, juxta *Bazoranos. Medinenſe*, & Kuficum exemplar habet 118. Surata differit de variis operibus Creationis & Providentiæ, Reſurrectione, Natura piorum, piis & impiis.

XXIV. אלבור *Surata Lucis*, Medinenſis, 73. aut 74. verſuum. Argumentum Suratæ deſumitur ex analogia lucis cum Deo. Multa habet moralia, & forenſia de ſcortationis pœna, dicendo teſtimonio, obedientia, modeſto habitu, convivalibus legibus; pluvia item & aliis naturalibus.

XXV.

XXV. אלפרקאן *Surata Alphorkani*, i.e. Alkorani, Meccenſis 77 Verſuum. De Autore Alkorani, Apologia pro Muhammede, Ultimus dies, Hiſtoriæ patriarcharum, opera qvædam Dei, tam creationis, qvam Providentiæ.

XXVI. אלשערא *Surata de Poëtis*, qvorum ſub finem meminit; alias de prophetis prolixius agit, Abrahamo, Moſe, Hudo ſeu Ebero, Lotho, Jethrone. Meccenſis eſt, qvatuor exceptis Medinenſibus; conſtat 226 verſibus aut 227.

XXVII. אלכמר *Surata Formicæ*; verſuum 93. in Cufico; 90. in Medinenſi. De Moſe, Davide, Salomone, formicis, qvæ, ne à Salomone conculcarentur, metuerunt, Regina Sabæ, Lotho, Zalecho, ultimo judicio.

XXVIII. אלקצץ *Surata Hiſtoriarum*, 88. verſuum, Meccenſis, exceptis paucis verbis, varias Teſtamenti veteris repetit Hiſtorias, Moſis præſertim.

XXIX. אלענכבות *Surata araneæ* (mala enim opera conferuntur ibi araneæ) Meccenſis, verſuum 67. Hiſtoriam Prophetarum T. V. repetit, de Ade, Themude, Alcorani præſtantia, ſtatu impiorum qvædam interſerit.

XXX. אלרום *Surata Romæ*, Meccenſis, exceptis paucis verbis, verſuum 59 aut 60. Magnificiunt hoc caput, tanqvam fatidicum de expugnando Romano imperio. Multa poſtea ſubjungit tum naturalia, tum moralia.

XXXI לקמן *Surata Locmani*, i. e. Æſopi, juxta Hotting. *Hiſtor. Orient.* p. 68. & deinc. Duorum alias

alias meminit, qvi hoc nomine venerunt, *Abulfeda*. Meccenſis eſt; qvidam tamen excipiunt verſiculum, alii tres. Verſus tribuuntur à qvibusdam 34. ab aliis 33.

XXXII. אלסגרה *Surata adorationis*, Meccenſis, vel 30, vel 29 verſuum. Hiſtorica habet & moralia.

XXXIII. אלאחזאב *Surata agminum*, ſociorum ad oppugnandos Prophetas *conjuratorum*. Agit enim de ſuis adverſariis. Qvædam uxorum ſuarum privilegia explicat, ſuam Zeidio reſtituit, cui Zeidius repudium miſit. Meccenſis eſt 73. verſuum.

XXXIV. שבא *Surata Sabæ*, (de Davide enim Solomone,& *Incolis ſabæ*, ſermo) Meccenſis, exceptis,ut volunt qvidam, verbis iſtis *Et qvibus data eſt ſcientia*, &c. verſuum 45)

XXXV. אלמלאיכה *Surata Angelorum*, prout & Turcæ, qvi Alcoranum explicant, inſcribunt. Alias caput de *Creatore*, Ryer, p. 289. Agit de *Angelis* ab initio, tanqvam miniſtris Dei. Meccenſis eſt,45. verſuum in Medinenſi, in Cufico 46. Varia hiſtorica, moralia, naturalia habet, contra Idola, & Koreiſchitas.

XXXVI. يس *Surata Ias*; à prima voce ſic appellara. Qvidam يش explicant يا انسان *homo*; vox clamantis angeli. Moralia fere habet. Meccenſis eſt, verſibus abſoluta 82. in Medinenſi, qvod alia ſeqvuntur ; 83. in Cufico,

Bibl. Tig. & Spanh. Vocatur ab ipso Muhammede hæc Surata כתאבאלקראן Cor Alkorani.

XXXVII. אלצפאת *Surata*, qvâ initio jurat per *Ordines* sc. Angelorum. *Ryer. Surata Ordinum.* Meccensis est 82. versuum. In aliis exemplaribus 81. De Prophetis multa enarrat, & ultimo judicio.

XXXIIX. ص *Surata* ص i. e. صدق *veritatis*; vel *Zad* in qva mentio ص ; vel אלמצאדאת i. e. *resistentiæ*, Meccensis est, versuum 86. De Fato Prophetarum, qvi mendacii fuerint insimulati, Jobo, Davide, ultimo judicio.

XXXIX. אלזמר *Surata agminum.* Sic qvia loqvitur de *Impiis* זמרא *catervatim* in infernum deducendis. Meccensis est, exceptis tribus versiculis: versuum 71.

XL. אלמומן *Surata fidelis*, Meccensis, versuum 84. juxta *Medinense*; 85. juxta *Cuficum.* Moralia ferè proponit; qvædam de ultimo die, Prophetis V. T. contra Judæos & Idololatriam.

XLI. אלסגדה *Surata incurvationis*, Meccensis, versuum 53. in *Medinensi*, 84. in Cufico. De operibus & judiciis Dei agit.

XLII. עסק *Surata* עסק: Alias תסמי אלשורי appellatur *Surata consilii*, qvam inscriptionem *Ryer* retinuit. Meccensis est versuum 55. De Deo multa, operibus, proprietatibus, statu damnatorum.

XLIII. אלזחרף *Surata variegatorum*, vel *ornamen-*

namentorum, qvorum DEUS autor. Meccenſis eſt, exceptis verbis tribus & verſuum 89. Proponit infidelitatem ſuorum, ultimum judicium, Koreiſchitas, qvi filias Deo tribuebant, increpat.

XLIV. אלדחאן *Surata fumi*; diem enim talem prædicit. Hic vero qvis futurus ſit, inter eos diſceptatur. Meccenſis eſt, verſuum 65. De Iſraëlitis nonnulla, Koreiſchitis, ultimo judicio.

XLV. אלגאתיה *Surata γονυκλισίας*, ſic Ryer. Arabes per אלגאמעה *σύναξιν* reddunt. De ultimo judicio agit, qvo homines congregandi erunt אלגאתיהל i. e. אלגאמעה *conjunctim*. Unde Suratæ nomen. Meccenſis eſt, verſuum 36. aut 37.

XLVI. אלאחקאף *Caput tumulorum arenoſorum* i. e. habitaculorum filiorum Adi; Vallis eſt ad fines Arabiæ. Nomen habet ab hiſtoria Ad & Temud, de qvo Hiſt. Orient. p. 31.

XLVII. מחמד *Surata Muhammedis*; alias אלקתאל pugnæ, qvod *Ryer* retinet. Medinenſis, juxta alios Meccenſis. Autoritatem fere ſuam contra Apoſtatas defendit.

XLVIII. אלפתח *Surata apertionis: demiſſa eſt, cum rediret Propheta Aadibia*. Contra Arabes ſui temporis, adverſarios infenſos, calamum potiſſimum ſtringit. Medinenſis eſt verſuum 29. & promiſſionem contineri volunt de *apertione*, i.e. expugnatione & recuperatione Meccæ, qvæ פתח dicitur.

XLX

XLIX. אלהגאר ארת *Surata velorum*, ſeu *ſeptorum*. Occaſio nata ex colloquio habito cum Muhammede interjectis ejusmodi vel ſeptis, vel velamentis, vel muris (ita enim qvidem Arabes ſumunt) qvod improbat: Medinenſis eſt, verſuum 18. ſuam præ aliis dignitatem commendant, & a calumniis dehortatur.

L. ד *Surata* ד i. e. קצוי אלאמר *de decretis, latis ſententiis*. Alii vero voluntesſe nomen *montis*, per qvem Muhammed jurat; vel per literam ד De ultimo judicio & Reſurrectione agit. Meccenſis eſt, verſuum 45.

LI. אלדאריאת *Surata per* Ventos, ſc. diſpergentes, jurat. *Ryer*, Montes. Priorem verſionem probat *Beidavius*. Meccenſis eſt, verſuum 60. Exemplis eorum, qvi cum prophetas ſuos mendacii inſimulaſſent, pœnas dederunt, ſuos officii monet.

LII. אלטור *Surata montis*. Vocem Syriacam טורא Beidavi agnoſcit, cui reſpondet Arab. جبل, jurat per *montem Sinai*, qvi ut ait Beidavi eſt גמל במדין *Mons Midian*. Meccenſis eſt, 47. aut 48. Explicat rationem ultimi judicii & vitæ æternæ.

LIII. אלנגם *Surata ſtellæ*, per qvam jurat. Meccenſis eſt, verſuum 61. juxta *Medinenſe*; aut 62. juxta *Cuficos*. Mentitur apparitionem ſibi Gabrielis factam; de reſurrectione, & Idololatris Koreiſchitis.

LIV. אלקמר *Surata Lunæ*, qvam miraculoſe ſciſſam fingit Pſeudopropheta, ſuosqve hac occaſione

casione hortatur Arabes, ne aliorum populorum imitatione obstinati sint aut contumaces. De Lotho, Noacho, Ado; Themude, Pharaone. Meccensis est 55. versuum.

LV. אלרחמאן *Surata misericordis.* à prima voce nomen habet. Agit de operibus Dei, vita & morte æterna. Dubitant sitne *Medinensis, Meccensis aut divisa?* Versuum 76. aut 77.

LVI. אלואקעה *Surata irruentis*, sc. ultimi judicii, Meccensis est versuum 98. aut 99. De Resurrectione & ultimo judicio.

LVII. אלחדיד *Surata ferri.* Sitne Meccensis an Medinensis ignorant. Versuum 29. Opera Dei enarrat, ferrum præsertim qvoddam cœlitus delapsum.

LVIII. אלמגאדלה *Surata Elenctica*, seu *contentiosa.* Lis inter Muhammedem & *Arabes* qvædam, qvi hac formula solenni *tu mihi ut dorsum matris meæ* suis uxoribus repudium mittebant. Habet etiam *ναθεσίας* qvasdam & moralia, Meccensem vocant alii, *alii tamen volunt, primam Decadem esse Meccensem; secundam Medinensem.* Versibus constat 21. in Medinensi; 22. in Cufico.

LIX. אלחשר *Surata dispersionis*, vel exilii. Enarrat dispersionem Judæorum primam in Syriam; accessum suum narrat ad *socios fugæ religiosæ*; addit qvædam de Attributis Dei. Medinensis versuum 24.

LX. אלממתחנה *Sumta explorationis.* Alii

Muhammedanorum Doctores *caput vocationis* appellant. Jubet mulieres illas, qvæ, receptura leges & jugum Muhammedicum, viros deserunt, explorare, ut, qvo animo sint & intentione, sibi constet. Si fideles sint, permittit eorum Conjugium; plura de Exulibus. Medinensis est, 13. versuum.

LXI. אלצף *Surata ordinis*: jubet enim pugnare in via Dei צפא *ordine*. Meccensis est, versuum 14. Pauca tractat historica, de Christo vocante discipulos, Mose: reliqva moralia.

LXII. אלגמעה *Surata Congregationis*. Jubet enim illos die Veneris, qvi propterea יום אלגמעה *dies congregationis* vocatur, convenire. Medinensis est: aliis Meccensis, versuum 11. Multa contra Judæos sui seculi habet.

LXIII. אלמנאפקין *Surata impiorum, Apostatarum*, qvi ore præ se ferunt, qvasi Muhammedem agnoscerent prophetam, revera tamen negant. Medinensis est, 11. versiculorum.

LXIV. אלתעאבן *Fraudationis*. Ultimum sic diem appellat; de cujus ratione consuli poterunt notæ *Erpenii* in hanc Suratam. Meccensis, qvanqvam alii dissentiant, versuum 18. De ultimo judicio & consequentibus agit, interspersis qvibusdam moralibus.

LXV. אלטלאק *Surata divortii*; hanc enim materiam, rationem repudiandi uxoris, lactandi infantes, conceptionis explorandæ, tractat; Medinensis, undecim versiculorum aut 12.

LXVI.

Digitized by Google

LXVI. אלתחרים *Surata interdicti*: Prohibet enim usum mellis ; Medinensis est vers. 12. in uxores potissimum,& infideles directa.

LXVII. אלמלך *Surata regni*, Dei sc. & potentia,qva variis in immorigeros modis animadvertere potest. Meccensis 30. versuum aut 31.

LXVIII. אלנון *Surata piscis. Dicunt qvidam esse nomen piscis ; & sic generale erit. Aut Behemoth ;* sic ex Job. c. 40. 10. Balænam vocant Hebræi, qvod ab illis Arabes mutuarunt. Aliis ש *Surata nun* , literæ sc. Alii atramentum, tum , alii tabulam , qvibus Angelos volunt *consignare mandata Dei* , intelligunt. Alii vero hanc Suratam inscribunt אלקלם *Suratam calami.* Meccensis est versuum 52. Omnino juramentum est per literam Nun & calamum , Pseudoprophetæ minimè insolens. Pœnam suis,nisi obediant, minitatur.

LXIX. אלחאקה *Surata veritatis*, aliis *judicii.* Unde *Beidav.* per מאעא *horam* reddit , qvo nomine dies ille magnus, sive Criticus venit. Etiam jurandi formula est , petita à certitudine ultimi judicii. Pœnas tam temporales qvam æternas infidelium varie describit ; differentiam item piorum & impiorum ; inserta fabula de Ado & Themude.

LXX. אלמעארג *Surata graduum.* Jurat per gradus , vel אלמעארג די *graduatum* , ut ita loqvar, qvæ tamen nomenclaturæ ratio plane incerta est & ambigua. *Ryer* vertit; *Montée* , simpliciter. Meccensis est 44. versuum. Moraliafere tra-

telligunt איאת אלקראן *verſus Alkorani*. Alii aliud. Meccenſis eſt 80. verſuum.

LXXVIII. אלנבא *Surata nuncii*, de reſurrectione videl. de qva Muhammed rogabatur. Probat hæc Surata reſurrectionem ex operibus Creationis. Meccenſis eſt verſuum 40.

LXXIX. אלנאזעאת *Surata auferentium*, extrahentium ſc. vel ventorum, vel Angelorum mortis. Jurat iterum impotens homo. Miſcella eſt hæc Surata de ultimo judicio, Mŏſe & Pharaone, impotentia hominum, omnipotentiæ Dei oppoſita.

LXXX. كبس Surata عبس ita dicitur à voce initiali. Ryer vocat *Caput cæcorum*. *Beidavi* & alii reſolvunt vocem hanc in alias אלאן נאה אלאעמי *Nunc acceſſit ipſum cæcus*. Alii ſumunt verbaliter كبس *pro triſtari*. Meccenſis eſt verſuum 41.

LXXXI. אלתכויר *Surata rotationis, circumvolutionis*. Medinenſis eſt 29. verſuum; ultimum judicium deſcribit.

LXXXII. אלאנפטאר *Surata ſciſſionis*, à vocibus initialibus *cum fiſſi fuerint cæli*. ويل للمطففين ultimi diei. Agit de judicio, vita & morte æterna. Meccenſis eſt 19. verſuum.

LXXXIII. אלמטפפין *Caput fraudulenter verſantium* circa menſuras & pondera. Hanc infamiam Beidavi tribuit Medinenſibus. Vulgo habetur *Meccana*; tribuuntur ei verſus 36. Invehitur in Medinenſes fraudulentos, tradit qvædam de libris bonorum & malorum operum.

Digitized by Google

Meccenſis 15. verſuum. De Sole, Luna, Die Themude qvædam perplexis recitat verbis.

XCII. ואללול *Surata per noctem.* Meccenſis LI. verſiculorum; de hominum morumqve eorum varietate.

XCIII. אלצי *Surata orientis ſolis, vel orti ſolis.* Orphanorum curam potiſſimum habet, poſtqvam qveſtus eſſet, à Gabriele Archangelo ſe diu non eſſe ſalutatum. Meccenſis eſt 11. verſuum.

XCIV. אלן תשרח *Surata, an non dilatavimus tibi cor.* Inſcriptio petita ab initialibus vocibus. Ænigmata qvæ Commentaria ad certam Hiſtoriam referunt, de apparitione facta Muhammedi per Gabrielem. Meccenſis eſt 8. verſuum.

XCV. ואלתין *Sumta per ficum.* (pergit jurando per creaturas ut vel hinc appareat, qvo ducto ſuerit ſpiritu, & qvàm freqventes fuerint illæ jurandi apud orientales formulæ, à qvibus nos Chriſtus dehortatur Matth. 5.) Meccenſis, qvamvis non ſatis conveniat. Verſus habet 8. De creatione hominis, eorum diverſis operibus.

XCVI. אלעלק *Caput ſanguinis concreti, coagulati*, è qvo homines creantur, i. e. naſcuntur. Alii (Ryer Beidavium inter eos refert, qvod tamen Hotting. non reperit) inſcribunt Suratam *Lectionis.* Meccenſis eſt 19. verſuum.

XCVII. אלקדר *Surata potentiæ.* Agit de nocte potentiæ, qva Alkoranus fuit demiſſus; qvanqvam qvid per demiſſionem intelligatur, inter Muhammedanos nondum conveniat. Ajunt: *de-*

CII. אלתכאתר *Surata πλεονεξίας* Studii abundandi, *cõtentionis de multitudine.* Nata occasione contentionis inter filios Monaphi & filios Schami, qui *in multitudine gloriam qræsiverunt*: qvibus mortis certitudinem, & sepulchrum opponit. Meccensem esse habet Ryer. At Tig. controvertitur de eo.

CIII. אלעצר *Surata per vesperam, vel tempus pomeridianum.* Jurat per vesperam, vel *preces vespertinas*; aut *aliqvam Prophetiam*; aut ipsum tempus. Meccensis est 3. versiculorum.

CIV. אלהמזה *Surata fracturæ.* Ita enim Beid. explicat. Alii *persecutoris*; *Diffamator* etiam reddi potest vel diffamatrix. Cui translationi favet occasio, qvam Muhammed prætendit, ex Achnascho sit Scharik, aut Validó fil. Mogeiræ, qvi clam detraxerunt ipsi. Meccensis est 9. versuum.

CV. אלפיל *Surata Elephantum*, vel *sociorum Elephanti.* Ad Historiam alludit, qvæ dicitur accidisse anno, qvo Mahummed natus fuit. Eam Beidavi recitat eo ferè modo, qvo ex Pokokio habet Hott. Disp. de Sabbatho Mariano p. 20. Meccensis est 5. versiculorum.

CVI. קריש *Surata Koreischitarum.* Breviter complectitur beneficia Dei Koreischitis præstita. Meccensis est versuum 4.

CVII. אלמאעון *Surata partis opum Deo consecratarum*, & hic qvidem Beidavi intelligit אלזכאה *Decimas.* Inscriptio petita ab ultima voce Suratæ. Alias etiam dicitur אלדין *Su-*

rata religionis, a voce postrema primi versiculi. Unde *Ryer*, Chap. de la Loy. A prima voce appellatur ארא ית *Surata annon vidisti?* Meccensem esse volunt alii, alii dubitant. Agit contra Abi Ghahelum, aut Abi sophianum, Walidum Ibn-Mogeiræ, aut Monaphum.

CVIII. אלכותר *Surata Alkauther*; qvod variè explicant. Alii *affluentiam*. Alii *fluvium Paradisi*, ex qvo reliqvi manant. Beidavi simpliciter *Bonum excellens ob exundantem Theoriam & Praxin, & præstantiam utriusqve seculi.* Muhammedis judicio dicitur fuisse fluvius Paradisi, *ubi præclarum bonum, qvod dulcius melle, candidius lacte, frigidius nive, mollius spuma, cujus oræ Chrysolithus, & ansæ argenteæ; ex eo qvi biberit, non amplius sitiet. Alii volunt in eo (Paradiso) esse piscinam. Alii intelligunt filios & assectas ejus, aut Doctores populi, aut Alkoranum.* Meccensis est 3. versuum.

CIX. אלכאפרין *Surata infidelium*, inter qvos (Koreischitas autem intelligi, observat Beidavi) & semetipsum antithesin instituit; Meccensis est 6. versuum.

CX. אלנצר *Surata auxilii, protectionis, victoriæ.* Alias אד־אנא *cum venerit.* Auxilium & restitutionem Meccæ sibi, Dei nomine Pseudopropheta pollicetur. Meccensis est *Ryero*, alii Medinensem inscribunt. Versus tribuuntur tres

CXI. תבת *Surata periit, aut contrita fuit*, manus nempe Abi-Lahebi, qvi monentem Muham-

hammedem lapidibus petere voluit. *Basil.* inscriptio ab ultima voce petita, est אלמשוּר *Surata funis, ex fibris ligneis, qvibus constat caudex palmæ, texti.* Unde Gallica versio Ryeri habet la chorde de palmier. Meccensis est 5. versuum.

CXII. אלאחלאץ *Surata salutis*, qva à Koreischitis rogatus, confessionem suam de DEO, Pseudopropheta edidit, qvam magni faciunt Muhammedani; Unde & nummis symbolicis totam insculpunt. Continetur ea Muhammedismi Compendium. Meccensis appellatur a Ryero, alii dubitant. Versibus constat, qvatuor.

CXIII. אלפלק *Surata separationis*. Initio vocat Deum *Dominum separationis, distinctionis*, qvia formis suis, & modo existendi, omnia distingvit, Meccensem esse habet Ryeri exempl. aliis Medinensis vocatur. Explicant Comment. textum de muliercula a Judæo incitata, qvæ fune astricto inqve puteum dejecto fascinavit Muhammedem, donec tandem fascinum per Gabrielem fuit sublatum. Versibus constat qvinqve.

CXIV. אלנאשׁ *Surata hominum*. Vocatur DEUS *Dominus hominum*. Unde Suratæ nomen.

APPENDIX SECUNDA.

SPECIMEN ALCORANICUM,

Sive

DECEM SURATÆ

à Chriſtianis | Arabizantibus bonâ fide translatæ, unde genius Alcorani perſpici ſatis ſuperqve poteſt.

I. SURATA I.

Dicta פאתחה אלכתאב Fatiçhato-'lkitâbi, *Apertio libri* ſ. Proœmium, qvam Muhammedani omnes loco precationis qvotidianæ uſurpant, eiqve vim planè magicam tribuunt, Meccenſis, ſeptem verſuum.

Ex verſione *Th. Erpenii.*

1. In nomine DEI miſeratoris miſericordis.
2. Laus DEO, Domino Creaturarum.
3. Miſeratori Miſericordi, regi die judicii.
4. Te colimus & te invocamus.
5. Dirige nos in viam rectam, viam eorum, erga qvos gratioſus es.
6. Sine ira adverſus eos.
7. Et non errantium. Amen.

Verſio antiqva.

Miſericordi pioq; Deo, univerſitatis Creatori, cujus poſtrema dies exſpectat, voto ſupplici nos humiliemus, ſuæqve manus ſuffragium, ſemitæqve Donum & dogma, qvos nos ad ſe benevo-

Digitized by Google

nevolos, neqvaqvam hoſtes & erroneos adduxit, jugiter ſentiamus.

Verſio Guilielmi Poſtelli.

In nomine DEI Miſericordis, pii. Laus Deo, Regi ſeculorum miſericordi & pio, regi diei judicii. O vos omnes illi ſerviamus, arte adjuvabimus. Dirige nos Domine in punctum rectum, in punctum, inqvam, illorum, in qvos tibi complacitum eſt, ſine ira adverſus eos, & non errabimus.

Verſio alia melior & Erpeniana vicinior, è Ryerianâ Gallicâ facta.

In nomine Dei miſericordis miſeratoris. Gratias DEO Domino univerſitatis, miſericordi miſeratori, judici diei judicii. Te oramus in te confidimus. Mitte nos in viam rectam, viam eorum, qvos elegiſti, non eorum, qvibus iratus es, nec infidelium.

II. SURATA XII.

Dicta יוסף Surato Jeuſeph, ſ. JOSEPHI, Hiſtoriam Joſephi Patriarchæ, Talmudicis fabulis contaminatam, continens, Meccenſis, Verſuum 110. vel juxta alia exemplaria 111.

Ex verſione *Th. Erpenii.*

Surata Joſephi Mechæ tradita ac verſus habens centum & undecim.

1. Iſtiusmodi ſunt notæ libri perſpicui.

2. Qvem nos demiſimus, Alcorani Arabici, ſperantes, fore, ut ſaperetis.

3. Narramus Tibi pulcherrimas hiſtorias, revelan-

velantes tibi hunc Alcoranum, etſi ante eum fueris negligens.

4. Cum dixiſſet Joſephus patri ſuo: Vidi, O pater mi, undecim ſtellas & Solem & Lunam, vidi, inqvam, eos ſe mihi incurvantes.

5. Dixit, noli, ô filiole mi, narrare viſionem tuam fratribus tuis, ne forte dolum tibi ſtruant: eſt enim diabolus hoſtis manifeſtus humani generis.

6. Sic enim eliget te Dominus tuus & docebit te explicationem narrationum: ſuamqve in te & familia Jacobi gratiam perficiet eô modô, qvo antehac perfecit eam in parentibus tuis Abrahamo & Ishaco, eſt enim Dominus tuus ſciens atqve ſapiens.

8. Habent certe interrogantes in Joſepho & fratribus ejus exempla.

8. Cum dixerunt: Joſephus & germanus ejus frater cariores ſunt patri noſtro, qvam nos, qvi multo plures ſumus; pater utiqve noſter errat manifeſte.

9. Occidamus Joſephum aut conjiciamus eum alicubi in terram; qvo concilietur nobis gratia parentis noſtri, & habeamur deinde ab ipſo probi.

10. Ait eorum qvidam: Ne occidite Joſephum, ſed conjicite eum in imum ciſternæ. Id enim ſi feceritis, viatorum aliqvis eum accipiet.

11. Dixerunt itaq; patri ſuo: O pater noſter, qvin concredis nobis Joſephum, cum nos illi conſulamus.

12. Mit-

12. Mitte eum die craſtinâ nobiſcum, qvo reficiat ſe nonnihil, & ludat: nos eum cuſtodiemus.

13. Reſpondit ille, dolet mihi qvod eum abducatis & metuo, ne, vobis eum negligentibus, â lupo devoretur.

14. Dixerunt illi, ſi lupus eum devoraverit, nos, qvi multi numero ſumus, nos utiq; damnum feremus.

15. Poſtqvam autem eum abduxerunt, & convenerunt poſituri eum in ciſternam, revelavimus nos Joſepho, qvod facinus illud eorum aliqvando ipſis adhuc eſſet explicaturus, etiamſi id non animadverterent.

16. Venerunt deinde illi ad patrem ſuum veſperi plorantes.

17. Ac dixerunt: o pater noſter, cum nos abeuntes ulterius proceſſiſſemus & reliqviſſemus Joſephum apud ſupellectilem noſtram, devoravit eum lupus: ac tu qvidem non credis nobis, etiamſi ſimus veraces.

18. Et apportarunt tunicam ejus falſo ſangvine tinctam. Dixit Jacobus ipſis, vos negocium hoc ornâſtis, ſed patientia me decet. Et Dei auxilium ſuper hac re invocandum.

19. Venerunt autem viatores & miſerunt adaqvatorem ſuum, qvi demittens urnam ſuam, dixit: ô lætum nuntium! hic puer eſt. Et reſervârunt eum in ſummam pecuniæ, Deo non ignorante eorum facta.

20. Ac

20. Ac vendiderunt eum vili pretio, præsenti pecunia atq; aversati sunt eum.

21. Dixit autem Ægyptius, qvi emit eum, uxori suæ: Magni fac cohabitationem ejus: fieri enim poterit ut nobis sit utilis, aut nos eum in filium adoptemus. Atq; in hunc modum stabilivimus Josephum in terra: ac docuimus eum narrationum explicationem. Deus enim triumphat in caula sua, licet pleriq; id homines ignorent.

22. Ut autem adolevit, sapientia eum & scientia instruximus. Atq; hoc modo remuneramur benefacientes.

23. Petiit autem concubitum ejus illa, in cujus domo erat: occlusisqve januis, dixit. Age, veni ad me. At ille respondit: Avertat hoc Deus, qvi Dominus meus est, & mansionem mihi bonam dedit: non enim felices sunt improbi.

24. Illa itaq; voluit eum, & is etiam voluisset eam, nisi considerâsset causam domini sui. Sic avertimus ab eo malum, & turpitudinem, qvia ipse servus noster beatus fuit.

25. Certatim autem illis ad januam præcurrentibus, illa tunicam ejus â tergô laceravit: atq; apud januam domino ejus occurrerunt, illaq; dixit: Qvæ pœna sit alia illi, qvi familiæ tuæ voluit malum qvam ut in carceretur aut supplicio gravi afficiatur?

26. Ait Josephus: Illa petiit concubitum meum. At astans qvidam ex familia ejus illico dixit,

Digitized by Google

xit: Si tunica ejus ante lacerata ſit, illa verum dicit, atqve ille mentitur.

27. Si vero a tergo lacerata ſit tunica ejus, illa mentitur, atqve ille verum prædicat.

28. Utqve tunicam ejus â tergô laceratam eſſe vidit, Dolus, inqvit, hic veſter eſt: nam dolus veſter eſt magnus.

29. Joſephe recede hinc. Et tu mulier delicti tui veniam pete, nam peccaviſti.

30. Dixerunt autem mulieres civitatis, uxor nobilis illius petit concubitum ſervi ſui, cujus amore capta eſt. Videmus certe eam manifeſte deliqviſſe.

31. Illa vero ut dolum earum audivit, miſit ad eas, atqve paravit iis convivium, datoqve ſingulis cultro, juſſit Joſephum ad eas exire: qvem poſtqvam viderunt, magni fecerunt, ſciderunteqve manus ſuas, dicentes, Abſit per DEum, non eſt hic homo: non eſt niſi angelus honorandus.

32. Illa autem dixit, Atqvi iſte eſt, propter qvem me reprehendiſtis. Petii certe concubitum ejus & recuſavit: verum ſi non fecerit, qvod præcipio ei, in carcerem conjicietur, fietqve vilis.

33. Joſephus autem ait, Domine mi, carcer gratior mihi eſt, qvam id ad qvod me vocant: at niſi dolum earum â me avertas, inclinabo ad eas, eroqve ſtultus.

34. Et exaudivit eum Dominus ſuus, atqve avertit ab ipſo dolum earum, utpote qvi eſt audiens & ſciens.

35. Deinde visum est iis conspectis signis, incarcerare eum ad tempus.

36. Atqve ingressi cum eo carcerem sunt duo servi, qvorum alter ei dixit, Visus ego mihi sum exprimere vinum: alter autem, Ego vero visus mihi sum portare super capite meo panem, de qvo comedebant aves. Indica nobis interpretationem ejus: videmus enim te hominem esse probum.

37. Respondit Josephus, non afferetur vobis cibus qvo alemini, qvin indicavero vobis explicationem ejus; anteqvam inqvam, vobis afferatur: docuit enim me istud Dominus meus. Deserui enim religionem eorum, qvi non credunt in DEUM: & extremum judicium inficiantur.

38. Atqve sequutus sum religionem patrum meorum, Abrahami, Ishaci, & Jacobi. Non adsociamus nos DEO rem ullam. Atqve ea singularis est DEI gratia erga nos, & erga homines qvoqve alios, licet pleriqve ingrati sint.

39. O socii carceris! an diversi dii præstant, an vero DEus ille solus, victor?

40. Qvod præter eum colitis, nomina sunt, â vobis & patribus vestris ficta; in qvæ DEUS nihil demisit potestatis. Solius DEI est judicium: qvi jubet, uti se solum colatis. Atqve ea vera est religio: qvamvis pleriqve id homines nesciant.

41. O socii carceris, alter vestrum bibendum dabit Domino suo vinum, alter autem crucifigetur

getur atq; de capite ejus aves comedent. Expeditum eſt negotium, de qvô me conſuluiſtis.

42. Dixit qvoqve ei qvem putabat ſalvum fore ex illis, Memor eſto mei apud Dominum tuum. Sed diabolus oblivíſci eum fecit mentionem ejus facere apud Dominum ſuum: manſitqve Joſephus aliqvot adhuc annos in carcere.

43. Rex autem deinde etiam dixit, Video ego ſeptem vaccas pingves, qvas devorant ſeptem macilentæ; & ſeptem ſpicas virides & alias aridas.

44. O nobiles mei, explicate mihi viſionem meam, ſi viſionum eſtis interpretes.

45. Reſponderunt illi: Confuſa ſomnia ſunt: neqve nos interpretationis ſomniorum ſumus periti.

46. Ac is, qvi ex duobus illis evaſerat, recordatus tandem, poſt alios dixit, Ego explicationem ejus vobis indicabo: mittite me.

47. O Joſephe vir juſte, explica nobis ſeptem vaccas pingves, qvas comedunt ſeptem macilentæ, & ſeptem ſpicas virides, aliasqve aridas: fieri poterit, ut ego revertar ad homines illos & illi intelligant.

48. Reſpondit Joſephus, Septem annos ſeretis, more ſolito: qvod autem metetis, relinqvite illud in ſpicis ſuis, præter paucum, qvod comedatis.

49. Deinde autem ſeptem alii anni venient duri; qvi conſument qvidqvid iis pro-

Digitized by Google

ponetur, præter pauca eorum, qvæ reservaveritis.

50. Deinde autem veniet annus, qvo pluviam accipient homines, & vinum expriment.

51. Ait Rex; Adducite eum ad me. Verum cum nuntius ad eum accessisset, Redi, inqvit, ad Dominum tuum & qvære ex eo, qvæ mens fuerit fœminarum illarum, qvæ manus suas sciderunt: novit enim dolum earum Dominus meus.

52. Dixit Rex: Qvid movit vos, cum Josephi concubitum petivistis? Responderunt: Absit per DEUM: non novimus de eo qvidqvam mali. At uxor Nobilis illius ait, Jam apparebit veritas. ego petii concubitum ejus, atqve ille verum prædicat.

53. Idqve ut cognoscat, qvod clanculum eum non fraudaverim: qvodqve DEUS non faveat dolo fraudulentorum.

54. Non autem me purgabo: Nam anima studiosa est mali, nisi miserentor ejus Dominus meus; qvi propitius est & misericors.

55. Rex autem dixit, Adducite eum ad me, adseram eum mihi. Atqve ut alloqvutus est eum, dixit, Tu in posterum apud me eris firmus & securus.

56. Dixit Josephus, Præfice me repositoriis terræ: sum enim custos peritus.

57. Atqve sic stabilivimus Josephum in terra, ut habitaret in ea ubicunqve vellet. Misericordia

dia noſtra complectimur qvem volumus, neqve perdimus mercedem benefacientium.

58. Merces autem ultimi judicii bona erit iis qvi credunt, & pii ſunt.

59. Cum autem veniſſent fratres Joſephi, & ingreſſi ad eum eſſent, agnovit eos: at illi eum non noverunt.

60. Cumqve neceſſariis eos inſtruxiſſet. Adducite ad me, inqvit, fratrem veſtrum, ex patre. An non videtis implere me menſuram & optimum hoſpitii aſſignatorem eſſe.

61. Si autem eum non adducatis, nihil metietur vobis â me, neqve ad me accedetis.

62. Reſponderunt, Petemus eum â Patre ejus. Facturi utiqve id ſumus.

63. Pueris autem ſuis dixit, Reponite pecuniam eorum in ſaccos eorum: ſpero futurum ut ad ſuos reverſi eam agnoſcant, & ad me redeant.

64. Reverſi ad patrem ſuum dixerunt, O pater noſter, recuſatur nobis menſura: itaq; mitte nobiscum fratrem noſtrum: nos eum cuſtodiemus.

65. Reſpondit, An aliter eum vobis posſim concredere atqve antehac concredidi fratrem ejus? Deus optimus cuſtos eſt, & clementiſſimus miſerator.

66. Atqve apertis ſaccis ſuis invenerunt pecuniam ſuam, ſibi reſtitutam, & dixerunt, O pater noſter, qvid deſideremus? Hæc pecunia noſtra eſt nobis reſtituta. Providebimus fa-

miliis noſtris, ac cuſtodiemus fratrem noſtrum, & plus afferemus, qvam camelus portet. Illa menſura parva eſt.

67. Reſpondit pater, Neqvaqvam mittam eum vobiſcum, niſi ſancte mihi promittatis, qvod reducturi eum ſitis, ſi violentia non impedimini, promiſſione autem illa facta, DEus, ait, qvod dicimus, gubernet.

68. Dixit etiam, Filii mei, nolite intrare per portam unam, ſed intrate per portas diverſas: non enim nullam omnino ex vobis utilitatem capiam. Solius DEI ſapientia eſt: in eum ego confido. Confidant in eum qvicunqꝫ volunt confidere.

69. Cum atem ingreſſi eſſent, qva juſſerat eos ingredi pater eorum, nullam plane ex iis utilitatem cepit, niſi qvod neceſſarium id erat propter Jacobum qvi id juſſerat. Ut qvi notitiam habuit, qvod nos docueramus: verum pleriqve homines ignari ſunt.

70. Et poſtqvam ingreſſi ſunt ad Joſephum: recepit ad ſe Joſephus fratrem ſuum: eiqve dixit, ego frater tuus ſum. Ne triſtare de eo, qvod fecerunt.

71. Utqve neceſſariis eos inſtruxit, poſuit in fratris ſui ſaccum poculum. Et proclamavit deinde præco, cohors vos fures eſtis.

72. Qvi reverſi ad illos, dixerunt, Qvid eſt qvod deſideratis?

73. Reſponderunt, deſideramus cyathum Regis:

gis: ei autem qvi attulerit eum, onus cameli dabitur: qvod ego ſpondeo.

74. Dixerunt, per Deum, ſcitis qvod non venerimus in terram, ut perdamus qvidqvam, & qvod fures non ſumus.

75. At dixerunt illi, Qvid rependetis, ſi mentimini.

76. Reſponderunt, Repenſio hæc eſto, is in cujus ſacco invenietur, is ipſe rependetur. Hoc modo remuneramus improbos.

77. Et incepit perſcrutari ſaccos eorum, ante ſaccum fratris ejus. Deinde eduxit eum e ſacco fratris ejus. Sic nos dolum docuimus Joſephum: qvi non potuit capere fratrem ſuum more Regis, niſi volente DEO. Exaltamus gradus cui volumus, etiam ſupra ſapientiſſimos qvosqve.

78. Dixerunt autem, Si furtum fecit, furtum etiam fecit antè frater ejus. Joſephus autem id apud ſe reſervavit, neqve declaravit iis: dixitqve, Vos malo eſtis loco: ac DEus optime novit qvid dicatis.

79. Reſponderunt illi, O potens domine, habet ille patrem valde ſenem: itaqve noſtrum unum loco ejus cape: videmus enim te eſſe beneficum.

80. Ait ille, Avertat DEus ut accipiam alium ab eo, apud qvem inveni ſupellectilem meam: ubiqve id faciens iniqvus forem.

81. Cum itaqve deſperarent de eo, ſalvi evaſerunt ipſi. Dixit autem natu maximus eorum,

An neſcitis patrem veſtrum firmum â vobis ſumſiſſe promiſſum ? & qvid ante patraveritis in Joſepho ? Neqvaqvam ego revertar in terram , donec veniam mihi det pater , aut cauſam meam judicet DEus , qvi optimus eſt judex.

82. Revertimini ad patrem veſtrum , eiq; dicite , O pater noſter filius tuus furtum fecit : & non teſtamur niſi id qvod ſcimus , neq; ſecretum celamus.

83. Interroga pagum, in qvo fuimus & cohortem in qva venimus : verum enim dicimus.

84. Ait ille , Qvin ornaviſtis vobis ipſis negotium : at patientia me decet. Fieri poterit ut DEus adducat mihi eos ſimul , ut qvi ſciens eſt & ſapiens.

85. Et adverſus ab illis , dixit , O dolorem meum ſuper Joſepho ! Atq; oculi ejus albi facti ſunt præ mœrore, erat enim mœſtus valde.

86. Dixerunt illi, per Deum , qværes de Joſepho, & mentionem ejus facies , donec amens fias dolore , aut pereas.

87. Reſpondit, De dolore meo , & mœſtitia mea , conqveror apud DEum : atq; ego à Deo ſcio , qvod vos ignoratis.

88. Abite filii mei , qværite Joſephum , & fratrem ejus, neq; deſperate de miſericordia DEI, de qva non deſperant niſi infideles.

89. Ingreſſi ad Joſephum , dixerunt , O potens Domine , nos & familia noſtra damnum magnum

magnum fecimus, & pauxillum pecuniæ afferimus, imple nihilominus nobis menſuram & eleemoſynam nobis fac: retribuit enim Deu facientibus eleemoſynam.

90. Ait ille, An ſcitis, qvid feceritis Joſepho & fratri ejus, cum ſtulte ageretis?

91. Dixerunt, An utiqve tu Joſephus es? Reſpondit ille, Ego Joſephus ſum, & hic eſt frater meus: gratioſus erga nos fuit Deus. Nam qvi pius, eſt & patiens; Deus utiqve non perdit mercedem benefacientium.

92. Dixerunt illi, Per Deum elegit te Deus ſupra nos, qvi peccatores ſumus.

93. Dixit, Non pudefietis nunc vos: parcit vobis Deus, qvi mitiſſimus eſt miſerator.

94. Abite cum hâc meâ tunicâ, eamqve faciei patris mei imponite, qvo fiat videns: & venite ad me cum familiis veſtris omnibus.

95. Adventante autem cohorte, ait pater eorum, Sentio ego odorem Joſephi, etiamſi vos non ſapere medicatis.

96. Reſponderunt, utiqve tu in errore tuo es antiqvo.

97. Poſtqvam autem advenit nuntius, faciei ejus impoſuit tunicam, ac recuperavit viſum; dixitqve, An non dixi vobis, ſcire me à Deo qvod vos ignoratis?

98. Dixerunt illi, veniam pete nobis, ô pater, qvia peccavimus.

99. Ille autem ait, petam ego veniam vobis à Dominô meô qvi clemens eſt, & miſericors.

100. Poſtqvam autem ingreſſi ſunt ad Joſephum, recepit ille parentes ſuos, dixitqve Intrate in Ægyptum volente Deo, Amen. Cum parentes ſuos ad ſolium extuliſſet, prociderunt, eum adorantes: atqve ille dixit, Hæc, mi pater, eſt ſignificatio viſionis meæ antehac factæ, veram eam jam fecit Dominus meus: qvi bene fecit, qvod eduxerit me ex carcere, vosqve ex campis huc adduxerit, poſtqvam diabolus deſtructionem machinatus eſt, inter me & fratres meos. Nam Dominus meus benignus eſt erga qvod vult, eſtqve ſciens & ſapiens.

101. Dediſti mihi, ô Domine mi, regimen, & docuiſti me explicare narrationes. Creator cœli & terræ tu Patronus meus eſto, in mundo hôc, & vitâ futurâ: mori fac me credentem, & adjunge me bonis.

102. Iſta eſt declaratio ſecreti, qvod tibi revelamus qvi non affuiſti illis, cum negotium ſuum tranſigerent, & doloſe agerent.

103. At pleriqve homines, etiamſi annitaris, non credent.

104. Non petes autem de eo mercedem ab iis: nihil enim eſt aliud, niſi commonefactio eruditis.

105. Qvam multa in cœlo & terra ſigna ſunt, ſuper qvibus ambulant, & à qvibus faciem avertunt.

106. Et major eorum pars in Deum non credit, qvin & ſocium ei adjungat.

107. An credunt venturam ſibi afflictionem à pœ-

Digitized by Google

à pœnâ Dei? aut venturum ſibi judicium ſubitò, atqve ipſis non attendentibus.

108. Dic: hæc ſemita mea eſt, vocemus ad Deum evidenter, ego, inqvam, & qvi me ſeqvuntur: procul abſit ut ego qvoqve ſim aſſociator.

109. Non miſimus autem ante niſi viros paganos, qvibus revelationem dedimus. An non ambulârunt in terra, & viderunt finem eorum qvi ante ipſos fuerunt? Manſio autem vitæ beatæ optima erit piis, nunqvid intelligitis?

110. Ita ut cum deſperarent apoſtoli, atqve futurum putarent ut mendacii arguerentur, venerit iis auxilium noſtrum, & liberati ſint ii qvos liberari voluimus. Impii autem manus noſtras evadere neqveunt.

111. Habent prudentes in narratione eorum exemplum: neqve hiſtoria eſt fabuloſa, ſed veritatem adſtruens ejus qvod in manibus habet, & diſcretio omnis rei, viaqve rectæ, & miſericordia populo credenti.

III. SURATA XIV.

Dicta שורה אבראהים Surato Ibrahimi ſeu ABRAHAMI, ejus ſc. hiſtoriam ex parte recenſens.

Ex verſione *Joh. Georgii Niſſelii.*

Su-

Digitized by Google

Surata Ibrahim Meccenſis. Complectens verſus qvinqvaginta & unum.

In Nomine Miſeratoris Miſericordis.

1. Hic liber eſt, qvem miſimus ad Te, ut educeremus homines è tenebris ad lucem, voluntate Domini eorum, ad vitam excellentem laudatam.

2. Deus eſt, cujus ſunt qvæcunqve in cœlo & in terra exiſtunt, væ infidelibus à pœna magna.

3. Qvi malunt vitam mundanam qvam æternam & aberrant à ſemita DEI & deſiderant eam perversè, ipſi ſunt in errore longinqvo.

4. Non dimiſimus Prophetam, niſi utentem lingva populi ſui ſui, ut delararet iis, Deus errare facit qvem vult, & dirigit qvem vult, ipſe eſt excellenter ſapiens.

5. Etjam miſimus Moſen cum ſignis noſtris dicendo, educ populum tuum è tenebris ad lucem.

6. Et revoca ipſis in memoriã diem Dei, etenim in hoc ſunt ſigna omni ſuſtinenti, & gratias agenti.

7. Et cum dixit Moſes populo ſuo, mementote gratiarum Domini, qvas præſtitit vobis, cum liberavit vos è manu populi Pharaonis, cum vos malis afficiebant modis indignis: filios veſtros immolabant, & conjuges veſtras conſtuprabant, in hôc erit calamitas magna à Domino veſtro.

8. Et cum mandavit vobis Dominus veſter, dicendo, ſi grati fueritis augebo vos, ſin infidelis, utiqve pœna mea magna erit.

9. Et

9. Et dixit Moſes, etiamſi vos, & omnes qvi in terra ſunt abnegaveritis, Deus tamen eſt dives, & laudatus.

10. Annon pervenit ad vos hiſtoria eorum, qvi fuerunt ante vos, populi Noæ, & Adæ, & Temudi?

11. Et qvi fuerunt poſt eos, nemo novit eos niſi Deus, venerunt ad eos ipſorum Prophetæ cum declarationibus, & reduxerunt manus ad ora ſua & dixerunt: Utiqve nos abnegamus id, ob qvod miſſi eſtis vos, Etenim nos dubitamus de eo, ad qvod nos vocatis, ne ſit nobis offendiculo.

12. Dixerunt eorum Prophetæ, anne de Deo eſt dubium? Creatore cœli & terræ, & qvi vos ad ſe vocat, ut ignoſcat vobis peccata veſtra, & vos reſervet ad terminum præſtitum; dixerunt, ſi vos eſtis caro, uti ſumus nos, vultis ne nos seducere, ab eo qvod coluerunt Patres noſtri? qvin producite Dominum manifeſtum.

13. Dixerunt eorum Prophetæ, eqvidem non ſumus niſi caro ſicuti vos, veruntamen Deus gratiam præſtat, cui ſervorum ſuorum vult, neqve nobis datur, ut producamus vobis Dominum niſi ita volente Deo, in Deum autem confident credentes.

14. Nec nobis eſt cauſa, ut non confidamus in Deum, cum jam nobis dixerit viam noſtram, & patienter feramus mala, qvibus nos afficitis, in Deum confident confidentes.

15. Dixerunt infideles ſuis Prophetis, ejiciemus vos è terrâ noſtrâ, niſi amplexi fueritis fidem no-

noſtram, & revelavit ipſis Dominus ſuus, dicendo, perdemus improbos.

16. Et faciemus vos habitare terram poſt eos, hoc eis erit, qvi metuerunt majeſtatem meam, & metuerunt, & victi ſunt, & confuſus eſt omnis gigas adverſator.

17. Poſt eam erit infernus, & bibet aqvam, & ſanie ſorbebit eam, & vix eam transglutierit, & invadet eam mors ab omni parte, neqve morietur tamen.

18. Et poſt eam erit cormentum ſpiſſum.

19. Similitudo operum eorum qvi abnegaverant Dominum ſuum, ſicuti cinis ſuper qvem involvit ventus die tempeſtatis, nec poterant qvicqvam, eò qvod lucrati ſint, hic ſane eſt error longinqvus.

20. Annon vides? Deum creâſſe cœlum & terram in veritate, ſi vellet, vos perderet, & novam produceret creationem.

21. Neqve hoc apud Deum eſt difficile.

22. Deo enim omnia ſunt cognita, dicentqve inferiores die judicii, qvibus hoc magnificum viſum fuit, utiqve nos ſumus ſicuti vos, nonne vos à nobis ulla ratione avertere poteritis pœnam Dei? dixerunt: Si Deus nos duxiſſet in viam rectam, nos etiam vos duxiſſemus in eam, tantundem ſuper nobis erit, ſive lamentemur, ſive ſuſtineamus patienter, nullum nobis reſtat refugium.

23. Dixit Diabolus, poſtqvam judicata eſt res, utiqve Deus promiſit vobis promiſſione vera, ego autem promiſi vobis & fefelli vos, neqve habui

Digitized by Google

bui denominationem in vos, *niſi* qvod vocavi vos,& obtemperâſtis mihi, itaqve me ne accuſetis, ſed culpam conferte in vosmetipſos, ego opem veſtram non implorabo, neqve vos igitur invocate me,ego abnegavi eum, qvem vos Deo aſſociâſtis antea, etenim improbis erit tormentum magnum.

24. Introduxi eos,qvi crediderunt & bona fecerunt opera,in hortos,ſub qvibus currunt fluvii, in qvibus perpetuo agent, ita volente Deo eorum Dominus ſalvabit eos, iis dicendo, pax vobis.

25. Annon vides qvo pacto Deus fecerit ſimilitudinem?verbum bonum eſt ſicut arbor bona, cujus radix eſt bene firma, virgultum autem ejus aſcendit uſqve in cœlum,producit fructum ſuum omni tempore ita volente Deo. Deus autem proponit hominibus ſimilitudines, ut memores ſint, & ſimilitudo verbi mali, ſicut arbor mala corrupta eſt ſuper terram, neqve ei eſt ſimilitudo.

26. Stabilit Deus, qvi crediderunt verbo firmo in hâc & in futurâ vitâ, & ſeducit Deus improbos, & facit Deus qvid vult.

27. Annon vides? eos qvi mutârunt gratiam, ipſis à Deo præſtitam in infidelitatem, & habitare fecerunt populum ſuum domum interitus,inferni, terrebunt eam peſſima habitatione.

28. Et poſuerunt Deo imagines, & errârunt à ſemita ejus, dic, fruimini, ſane iter veſtrum erit ad ignem.

29. Dic

29. Dic ſervis meis qvi crediderunt, & preces fundunt & eleemoſynas faciunt de eo, qvod elargiti ſumus ipſis clam, & occulto anteqvam advenit dies, in qvo non eſt emtio, neqve mutatio.

30. Deus eſt, qvi creavit cœlum, & terram, & demiſit de cœlo aqvam, & produxit per eam fructus vobis in nutrimentum, & vobis orbes cœleſtes ad motum coëgit, ut in mare decurrant, & compulit fluvios.

31. Et compulit vobis Solem & Lunam continuò.

32. Et compulit vobis diem ac noctem & dedit vobis qvodcunqve ab eo petiiſtis. Namqve nec numerari ſatis, nec recenſeri omnia poſſunt beneficia Dei, nihilominus tamen homines injuſti, atq; ingrati ſunt.

33. Ut cum dixit Abraham, Domine, hanc regionem nobis ſartam tectamqve tuere, & fac me abſtinere, atqve confirma me ne colamus idola.

34. Domine, iſta enim errare fecerunt complures mortales, qvi vero me ſecutus fuerit, erit ex meis, qvi vero mihi reſtiterit, tu utiq; eris miſericors in ignoſcendo.

35. Domine noſter, ego ſane habitare feci de ſtirpe mea vallem, non præditam ſemine prope domum tuam ſanctam, Domine mi, ut preces fundant, diſpone cor hominum, qvos tu amas, & ale eos fructibus, ut gratias agant.

36. Domine noſter, utiqve ſcis, qvid occultemus & manifeſtemus, non latet autem Deum res ulla in terrâ, neqve in cœlô.

37. Laus

37. Laus ſit Deo, qvi largitus eſt mihi in ſenectute Iſmaëlem, & Iſaacum: Etenim Dominus meus exaudit preces.

38. Domine pone in me rectam orationem & ſtirpem meam; Domine mi, ſuſcipe preces.

39. Mi domine, condona mihi, parenti meo, ac credentibus, die reſurrectionis, qvo rationem inibis.

40. Nec exiſtimabis omnino Deum ignorare, ea qvæ agunt impii.

41. Etenim reſervat eos in diem, qvo oculis apertis, intenrisqve ſuſpicient, præ humili animi affectu capita ſua eò attollentes, ad illos oculi eorum non convertentur, & cor eorum aër eſt.

42. Et admone homines de die qvo ſuperveniet ipſos tormentum.

43. Et dicent qvi impii fuerunt, Domine noſter, reſerva nos uſqve ad terminum propinqvum.

44. Et evenire faciemus preces tuas, & ſequi faciemus Prophetas; annon antea juramento adſtricti fuiſtis, vos non defecturos.

45. Habitâſtis cum avaris, qvi injuria affecerunt ſemetipſos, & declaratum eſt vobis, qvo pacto cum iis egerimus, & propoſuimus vobis ſimilitudines.

46. Etiam qvidam dolum ſtruxerunt, & eſt dolus eorum apud Deum, qvamvis dolus ipſorum ſit, de qvo montes dimoveri poſſint.

47. Neqve exiſtimabis Deum commutare Prophetis ſuis tempus conſtitutum, Deus enim eſt omnipotens vindex.

48. Die qvo commutabitur terra in terram aliam, & cœlum, & cognita ſunt Deo uni omnipotenti.

49. Et videbis tum reos vinculis miſere conſtrictos.

50. Induſia eorum erunt ex pice & teget ignis eorum faciem, Deus remunerabit ſecundum qvod unaqvæqve anima lucrata fuerit, eſt enim celer in exigenda ratione.

51. Hæc ſunt qvæ homines facere oportet, & moneantur de eo, & ſciant eum eſſe Deum unum, & memores ſint convertentis corda.

IV. SURATA XV.

Dicta שורה אלהגר Surato'lhegjeri, HEGJERI ſ. petroſæ vallis Temuditarum Arabum, de qvibus multa traduntur.

Ex verſione *Joh. Georgii Niſſelii.*

Surata Hegjera Meccenſis. Habens verſus nonaginta novem.

In Nomine miſeratoris miſericordis.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſunt ſigna libri, & Alcorani manifeſtati.

1. Sæpe exoptârunt infideles, ut ſint Muſſimi.

2. Expelle eos, comedant, & oblectent ſe, fallat ipſos ſpes, ſed poſtea intelligent.

3. Non perdidimus civitatem ullam, cui non fuit liber cognitus.

4. Non anticipabit terminum ullus populus neqve tardabit.

5. Et dixerunt: ô tu ad qvem deſcendit liber! inſanæ mentis es.

6. Niſi venias ad nos cum angelis, ſi es verax.

7. Non demittemus angelos niſi cum judicio, non enim ſunt tunc procraſtinantes.

8. Ecce nos demiſimus commemorationem, id eſt Alcoranum, eamqve ſervabimus.

9. Et jam qvidem ante te miſimus myriades Prophetarum.

10. Sed qvo te excipient modo, exceperunt & illos, neqve venerunt ad eos Prophetæ, qvos non irriſerint.

11. Ita inſpirabimus cordibus impiorum, ne credant.

12. Et jam præterit lex priorum, ſi aperiremus illis januam cœli, errarent ſane ineol ceſditantes.

13. Dicerent etenim, viſus noſter inebriatus eſt, & nos ſumus populus obfaſcinatus.

Digitized by Google

14. Et jam collocavimus in cœlo Zodiacum & ornavimus eum aſpicientibus.

17. Et cuſtodivimus eum ab omni Diabolo execrabili.

18. Excepto eo qvi furatus eſt auditum & ſecutus eſt cum ſtellâ manifeſtâ.

19. Et terram extendimus, & in eâ poſuimus montes, & in eâ germinare fecimus omnem rem ponderatam.

20. Et poſuimus vobis in ea varia alimenta.

21. Atqvi vos non fuiſtis ei pro alimentis conceſſis grati.

22. Nam hujusmodi theſauri non ſunt, niſi apud nos, non demittemus eos, niſi menſura cognita.

23. Et demiſimus ventos fortiſſimos & demiſimus de cœlo aqvam, & rigavimus frumenta, haud tamen eſtis ei pro dictis theſauris grati.

24. Nos vivificamus, & morte afficimus, & nos hæreditatem damus.

25. Et jam novimus, qvinam ex vobis ſint anticipantes, qvi vero ſuccedentes.

26. Utiqve Dominus ipſe congregabit eos, eſt enim ſapientiſſimus, ac ſcientiſſimus.

27. Et creavimus qvoqve hominem è luto, è limo fœtido.

28. Diabolum autem ante creavimus ex igne venenorum.

29. Et dixit Dominus tuus Angelis: ego creo carnem è luto, & limo fœtido.

30. Ecce

Digitized by Google

30. Ecce polivi eum,& inſſavi ei de anima mea, procedite, & adorate eum.

31. Et adoraverunt eum Angeli omnes ſimul, præterqvam Diabolus.

32. Dixit: ô Diabole! qvid tibi? qvare non es cum adorantibus?

33. Dixit: nolo ego adorare carnem, qvam creâſti ex limo & luto fœtido, dixit, exi ex ea (ſcil. Paradiſo) es enim impius.

34. Super te ſit maledictio uſqve ad diem judicii.

35. Dixit: Domine concede mihi tempus uſqꝫ ad diem qvo reſuſctabuntur.

36. Dixit: Utiqve conceſſum eſt tibi tempus.

37. Ad diem temporis cogniti.

38. Dixit: Domine, in qvo me errare feciſti.

39. Ego eos in terra errare faciam & ſeducam eos omnes.

40. Præter ſervos tuos qvos purificaſti.

41. Dixit, hæc eſt via mea recta.

42. Etenim in ſervos meos dominium tibi non eſt, niſi qvi te errantem ſecuti fuerint.

43. Utiqve infernus eſt locus eorum omnium præſtitutus.

44. Sunt ei portæ ſeptem, & ſingulæ portæ eſt pars ſeparata.

45. Timentes autem erunt in hortis, & in uojtibus, intraverunt eam cum pace credentes.

46. Et abſtulimus ex eorum pectoribus qvodcunqve reſtabat erroris, erunt fratres, in lætitiâ ſibi oppoſiti.

47. Non invadet eos illic calamitas, neqve educentur inde.

48. Propheta, ſerve mi, ſum ego miſericorsin ignoſcendo.

49. Utiqve dolor meus eſt dolor dolorificus.

50. Et narra eis de hoſpitibus Abrahami.

51. Cum intrarent ad eum, dixerunt: Pax, dixit: eqvidem nos à vobis metuimus.

52. Dixerunt: ne metuas, nam annunciamus tibi natum iri puerum ſcientem.

53. Dixit: anne mihi nunciatis talia? cum jam ætate proveƈtus ſim, & qvem annunciatis?

54. Dixerunt, annunciamus tibi vera, ne ſis ex deſperantibus.

55. Dixit; qvis deſperet de miſericordia Domini ſui, niſi qvi errant.

56. Dixit; ô vos legati qvodnam eſt negotium veſtrum.

57. Dixerunt: utiqve nos miſſi ſumus ad populum improbum.

58. Familiam autem Lothi liberabimus eam omnem.

59. Præter uxorem ejus, qvam prædeſtinavimus, ut ſit ex transgredientibus.

60. Et poſtqvam venerunt legati ad familiam Lothi.

61. Dixit: Utiq; vos populus mihi eſtis ignotꝰ.

62. Dixerunt: qvin nos tibi attulimus in qvod ipſi rebellârunt.

63. Et attulimus tibi vêritatem, ſumus enim veraces.

64. Con-

Digitized by Google

64. Congrega familiam tuam media nocte, & ſeqvere ductum eorum, ne qvisqvam ex vobis reſpiciat, & ite qvo jubemini.

65. Et immiſimus ei mandatum illud fatale, qvoniam aurorâ adventante illi funditus ſunt exciſi.

66. Et venit populus civitatis ut lætaretur.

67. Dixit: Sunt illi hoſpites mei, nolite eis injurias facere.

68. Timete Deum, neqve me dolore afficite.

69. Dixerunt: an impedimus te à creaturis?

70. Dixit: ecce vobis filias meas, ſi qvid conemini.

71. Per vitam tuam ipſi in ebrietate ſuâ attoniti oberrant.

72. Et clamor invaſit eos matutinantes.

73. Et poſuimus locum ſublimem in imum.

74. Et pluere fecimus ſuper eum lapides è librô fatali.

75. Utiqve in hoc exemplum extabit transeuntibus.

76. Hanc itaqve per viam rectam.

77. Sane hoc erit exemplum credentibus.

78. Qvum fuerint ſocii mali & iniqvi.

79. Qvapropter de illis vindictam ſumſimus, ſunt enim beſtiæ manifeſtæ.

80. Et jam mendacii accuſârunt Prophetas, ſocii Hegjeri.

81. Et attulimus eis ſigna noſtra, & deſciverunt ab eis.

Digitized by Google

82. Et exſcindebant de montibus ædes firmas.

83. Et invaſit eos tonitru tempore matutino.

84. Neqve profuit eis, qvod lucrati erant.

85. Nec creavimus cœlum, & terram, & qvodcunqve eſt ſub ea, niſi in veritate.

86. Utiqve hora venit, ignoſce ignoſcendo pulchre.

87. Etenim Dominus tuus eſt creator ſciens.

88. Et jam attulimus tibi ſeptem ſectiones, ut & Alcoranum magnum.

89. Non inclinas aures tuas ad uxores, qvibus in eo vobis frui conceſſimus, eas neutiqvam dolore afficiatis, pande alas ſuper credentes.

90. Et dic: ego ſum monitor manifeſtus.

91. Sicut demiſimus ſuper participantes.

92. Scribe qvod jubetis, & diſcede ab aſſociantibus.

93. Qvi fecerunt, ut Alcoranus eſſet diviſus.

94. Et per Dominum tuum interrogabimus eos omnes de eo qvod egerunt.

95. Scribe qvod juberis & diſcede ab aſſociantibus.

66. Etenim evertimus tibi irriſores.

97. Qvi cum Deo ponunt Deum alium, ſed poſtea ſcient.

98. Nunc vero ſcimus pectus tuum anguſtari, ob id qvod dicunt.

99. Lau-

Digitized by Google

99. Lauda Dominum tuum laudando, & sis ex adorantibus, & cole DEUM tuum, donec ad te veniat fides certa.

V. SURATA XXXI.

Dicta סורה לקמן *Surato Lokmani*, qvem pro Æsopo nonnulli habent.

Ex versione *Jac. Golii*,

qvi Explicationem qvoqve Arabicam vertit, & notas adjecit.

Caput XXXI. *in qvo mentio fit* LOKMANNI, in urbe Mecca traditum & constans triginta qvatuor versibus.

In Nomine Dei miseratoris misericordis.

1. الم Hæc signa sunt (*nempe sequentes versiculi vel etiam literæ præcedentes*) Libri, (*id est Corani*) sapientis, (*seu sapientiam continentis:*)

2. in rectum (*qvem designat*) ductum & in misericordiam (*Dei misericordis donum, vel qvæ hominibus patefiat*) benefacientibus.

3. *Nem-*

Nota. Voces literis capitalibus, ut vocant, expressis esse Arabicas: ubi latinus fuit adhibitus character, concinnæ inter regulas æqvalitatis servandæ ergo; propterea qvod tam minutæ Arabicæ literæ non essent in promptu.

Vers. 1. LHACIMI] *vel activè, pro* ALHACIMI, judicantis, *qvid fas & nefas sit; vel passivè pro* ALMOHCEMI, certi, *aut* firmi & solidi, *ubi nihil desit.* Beid. Hos.

Vers. 5.

3. *Nempe*, qvi rite peragunt precationem, & pendunt(*de opibus ſuis*)debitam Deo portionem, exiſtentes de futura vita certiſſimi, (*credentes reſurrectionem carnis & ſua bonis parata eſſe præmia, malisq; ſuas pœnas*).

4. Illi in via recta (*diriguntur*) a Domino ſuo, illiqve ſalvi ac felices (*ſunt*).

5. Hominum qvidam eſt, qvi coëmit ludicrum fabulæ genus, (*hiſtorias frivolis rebus & vanis illecebris refertas, utilibus exemplis monitisqve vacuus*, ut ſeducat *populum* a ſemita DEI, (*a religione & cultu ejus, vel ab auditu & lectione Corani*, absqve ſcientia ulla, (*& demonſtratione vel ut ipſe neſciat qvantum in eo ſit mali*) habeatq; eam *Dei ſemitam* ludibrio, (*& contumeliæ exponat.*) Illi ſunt qvibus (*illi turbæ*) *futura eſt* pœna probroſa, (*contemtam pariens illo ipſorum contemtu longe graviorem; ſcilicet captivitas & cædes in hac vita, atqve infernale tormentum in altera.*)

6. Et cum illi, (*qvi fabulas comparat & amat,*) præ-

Verſ. 5. Hominum qvidam] *is ſcribitur fuiſſe Nadar fil. Harit, qvi ex Perſia attulerat Hiſtoriam Ruſtemi & Isfendiari, heroum Perſicorum atq; eam in conciliabulis Corei ſitarum recitabat, de veterum Perſarum potentia & ſplendore multa jactans. Atqve ejusmodi res longe præferebat iis, qvas de Aditis & Themiditis (duabus Arabum antiqvorum tribubus, ad qvos miſſi prophetæ Hud & Salih) nec non de Davidis & Salomonis regno prædicaret Muhammed. Et hunc ob caſum divinitus miſſa fuiſſe tradunt ſeqventia Corani verba.* Beid. Hoſ.

Verſ. 9.

Digitized by Google

præleguntur ſigna noſtra,(*id eſt commiata Corani;*) faciem avertit ſuperbiens,(*neutiqvam ea curans,*) ac ſi non audiret, ac ſi in auribus ejus ſit gravitas,(*ut audire non poſſit.*) Itaqve annunciato illi (*loco Evangelii, qvod alias audiret, terribile qvid, nempe*) dolorificam pœnam.

7. Verum qvi credunt (*in DEum & legatum DEI*) atqve opera faciunt bona; illis(*parati ſunt*) horti deliciarum, (*hæc eſt deliciæ paradiſi.*)

8. Futuris ibi æternum beatis, juxta promiſſionem Dei veram & efficacem: namqve ipſe potens eſt,(*omnibus ſuperior; cui nihil obſiſtit aut deficit ad exeqvendum qvod velit, qvæq; promittat aut minetur:* ſapiens, *qvi perfectiſſimis rationibus efficit omnia, perficitq; promiſſa ſua, & cunctis numeris ac partibus abſolvit.*)

9. Condidit cœlos ſine ullis columnis, qvas videre poſſitis (*vel* qvos *cœlos in altum expanſos* cernitis.) Iniecit autem terræ firmos montes, ne ſe moveat vobiſcum, (*navis inſtar qvæ inſiſtit aqvæ.*) Et propagavit in ea qvodvis genus gradientis animalis,(*cujusq; generis animalia.*) Et demiſimus (*ſoli nos nec qvisqvam alius,*) de cœlo aqvam; atqve ita germinare in ea *terra* fecimus omnem ſpeciem *plantæ* bonam & utilem.

10. Hoc

Verſ. 9. ALKA] *etiam peculiariter* de jaciendo, fundamento *dr*, RRWASIA] a RESA, *qvod eſt* firmum & ſtabile eſſe, *proprie notat* firmamenta, ſtabilimenta, *ita ut hebræa vox* מְכוֹנִים *ex Pſalm.* CIV. (*qvem Chal. per* בְּסִיטִין *baſes reddit*) *hic expreſſa videatur. Sed Cora-*

nius-

10. Hoc (*omne. cælum, terra , montes, animalia, aqvæ, , plantæ,)* creatura DEI eſt. Itaq; oſtendite mihi qvidnam creaverint qvi ſunt præter me: (*nimirum idola, & qvicqvid juxta verum DEUM adorant infideles.*) Qvi injuſti illi, (*qvi omnipotenti DEO conſortem faciunt impotentem creaturam,* in errore manifeſto ſunt.

11. Eqvidem largiti ſumus Locmano , (*Baoræ filio, homine per ſe deſpecto ob corporis formam & fortuna mancipio vili;* ſapientiam, *in genere qvidem bene judicandi, appoſite & acute loqvendi, & prudenter agendi facultatem; ſpecialiter autem, hoc etiam inſtinctu ac monitu, nempe* gratias age DEO *pro ejusmodi dono:*) & qvicunqve gratias agit,

ni interpretes, qvotqvot vidi & alii Arabica voce pecul. ſignificare volunt firmos montes. AN] *pro* CIRA HATAN ANVT, *id eſt* ne, *tum hic, tum alibi in Corano, negative uſurpatur; cum proprie affirmet &* qvod *vel* ut valeat. TEMIDA] idem eſt cum Hebr. תָּמוּט commoveatur, mutet, vacillet, *nempe* מ *poſito pro* ם; *qvod & alibi fit. Atqve hiſce Corani verbis prorſus redduntur verba verſ. 5. Pſalm.* CIV. יָסַד אֶרֶץ עַל מְכוֹנֶיהָ בַּל תִּמּוֹט Fundavitterram ſupra vaſes ne commoveatur: *& qvoniam juxta Pſalm.* XLII, 2. fundatam eſſe terram ſupra maria & aqvas *vulgatum eſſet; id qvidem per montes fieri Corani interpretes putarunt, à montibus aliqvam petentes æqvilibrii cauſam: qvare ſc. tellus elemento aqvæ conjuncta, ejusdem motu non vacillet. Sed ejusmodi in Pſalm. phraſi non aliud innuitur; qvam terram ſupra maria & flumina eminere, arcis in motum ſive habitaculi, qvod fundamento & baſibus ſuperſtructum exſtat.*

Verſ. 11. Locmân, *cognomento* ALHACIM ſapiens *celeber-*

agit, duntaxat agit eas ſibi ipſi; (*qvippe ad DEum inde haut ulla ſit boni acceſſio, ſed ad gratum redit gratiæ ſuæ fructus, beneficii perennitas & augmentum.* Qvicunqve vero ingratus fuerit, (*beneficia qvæ accepit non agnoſcens ſeipſum defraudet;*) Utiqve DEus ſibi ſufficiens eſt (*nullius indigens,*) laudatus (*per ſe, etiam laudante nemine: qvanqvam omnia, qvæ exiſtunt: gloriam illius prædicent*) بلسان الحال. *Status ſui lingvæ.*

12. *Et qvoqve ſapientiam dedimus, vel qvæ ea fuerit memento ô Muhammed*, cum dixit Locman filio ſuo, (*cui nomen* عنقا *An, Am*) *juxta alios* متان *Matân erat*, monitis eum inſtruere cupiens: ô filiole mi, (*dulciſſime fili*) ne tribue conſortem Deo; (*ſed unum & unicum venerare:*) namqve juxta Deum adorare qvid, profe-

cta

leberrimi in oriente nominis eſt, inprimis apud Muhammedicas gentes. De qvo pro diverſis Doctorum ſententiis multa narrant Zamachſiaris, Beidavæus & Perſicus Paraphraſtes, aliiq;. Hoc plurium conſenſu proditum tempore Davidis vixiſſe inter Iſraelitas ex Habaſſinorum regione ſive Æthiopia ſub Ægypto ſervum; tam pulchrum liberali ingenio & judicii acumine præſantem, qvam aſpectu corporis deformem. Eundem cum eo eſſe, qvi Græcis à nigricante colore Æſopus dictus, (namqve nomen hoc & Æthiops idem ſonant) tum deſcriptio utriusq;, tum qvæ referuntur eorum dicta & facta ſatis convincunt; est etiam fabula multa utriusqve nomine inſcripta. Si in cæteris non par ſpectatur concordantia, hoc inde eſt, qvod non omnia utrinqve à Græcis & Arabibus collecta fuerint nec literis mandata extent.

Verſ. 14.

Digitized by Google

&tò iniqvitas magna eſt,(*peccatum magnum, creatori ſcilicet æqviparare creaturam.*)

13. Præcepimus homini de parentibus ſuis,(*ut honoret eos:*) qvem geſtavit mater ſua langvore addito langvori, (*cum multa moleſtia:* & poſt *fecuta eſt ablactio ejus, lactati* per duos annos, *præcepimus dicentes*) utiqve gratias age mihi, & parentibus tuis, (*usqve referre ſtude qvos pro beneficiis acceptis debes.*) Ad me abitus eſt (*reditusqve omnium; providentiæ meæ & judicio cuncta ſubſunt, ut pro grati animi pietate & pro impietate idolatriæ, qvod dignum ſit, cuiq; referatur.*

14. Sin autem urgeant te (*parentes tui, & permovere ſtudeant,*) ut conſortio jungas mihi & *juxtæ me adores* aliqvid qvod ignores (*par eſſe DEo atqve cultu divino dignum;*) ne pareto illis; ſocietatem tamen cum iis cole & *commercium ſerva* in hac ſeculari vita & (*rebus hujus mundi*) qvoad æqvum fuerit, (*conſentaneum juri ac honeſtati.*) Et ſectare in *religione* ſemitam ejus qvi ſe convertit ad me, (*unius Dei cultum & ſine fuco obedientiam profeſſus; nempe ſemitam inſiſte Mubammedis vel Abubecri.* Deinde *futurus* ad me *eſt* reditus veſter, ut notum faciam vobis qvid feceritis (*boni aut mali & pro fide tibi, ac pro incredulitate & idololatria parentibus tuis, qvod merueritis, rependam.*

15. Di-

Verſ. 14. *Hoc alloqvio reſpici volunt Sadûm Abi Waqâſi F. & parentum nomine deſignari matrem ipſius, Zjinnam Abi Sephini filiam, qvæ cibum ſumere potumqve detre-*

15. *Dixit qvoqve Locmanus:* O filiole mi, utiqve ſi fuerit (*boni piiqve operis qvicqvam*) pondere unius grani ſinapis (*granorum omnium minutiſſimi*) qvod exiſtat in petra, (*abdita aliqva ejus lacuna*,) aut in cœlis, *ſummo eorum convexo*, aut in terra, (*imo ejus fundo; nempe in parte mundi occulta, ſuprema vel infima*, proferet illud Deus, (*& conſpicuum faciet ac coram ſiſtet, ut in rationem veniat.*) Qvippe DEus ſubtilis eſt (*ſcientia cuncta penetrans, ut nihil fugiat*, gnarus *omnium, locum cujusq; rei ac modum perſpectum habens*,) ſeu ubiqve præſens eſt, omniſcius.

16. O filiole mi, ſtatam perage precationem, (*ut magis magisqve perficiaris ipſe*) & præcipe æqvum, ac prohibe iniqvum, (*ut per te perfectiores evadant alii qvoqve.*) Et patienter ferto qvod tibi acciderit gravius, *ex præceptis & interdictis*: utiqve illud, (*qvod hic de patientia dicitur*, neceſſaria qvædam lex rerum eſt, *qvam conſtanter & abſolute tenendam præveniat*) DEus.

17. Et ne diſtorqve hominibus faciem tuam, (*ſuperbientis atqve faſtuoſi more, ſed modeſto placi-*

dog; (

---

irectabat, ut filium retraheret a religione Muhammedis Hiſtoriæ autem Locmâni hic ipſe vorſiculum interſertus fuit, ut de cavenda idololatria monitum confirmaretur. Nam ſi parentum obſervantia, qvæ proxima obſervantia Deo debitæ. adeo cedere huic eidem debeat; qvis nam fuerit cui magis, qvam parentibus ſuis obſtrictus homo tribuere divinos debeat honores? Hoſ. Beid. Verſ. 15. pro FETEKVN *legitur qvoqve* FETECIN qvod deliteſcat; a WATEKA occultavit ſe *avis* in nido vel latibulo ſuo, Zam. Beid.

Aſino-

dogę erga eos vultu eſto;) neqve incede per terram petulanter (*ut inſipientes faciunt, vani, & arrogantes.*) Etenim non amat DEus qvemqvam imaginatione ſuperbum (vel ſuperbe incedentem) & glorioſum, (*qvi propter caduca, qvibus polleat, bona ſeſe inſolenter effert, alios præ ſe contemnens.*)

18. At medium ſerva in inceſſu tuo, (*leniter & modeſte incede: namqve incitatior greſſus eſſe levitatis videtur; tardior vero affectatæ gravitatis & inanis gloriæ.*) Atqve demitte qvid de voce tua, (*ne inclames câ aut clangas; non loqvax, non dicax. Neqve vero in elatione vocis ulla virtus.*) Namqve ingratiſſima vocum vox *eſt* aſinorum: (*qvi cum per ſe deſpecti ſunt, tum ſtrepero clamore offendunt aures.*)

19. *An non videtis* Deum ſubjeciſſe vobis (*ad utilitatem condidiſſe veſtram,*) qvæ in cœlis *ſunt, Luminaria & ſtellas*, & qvæ in terra (*montes, campos, maria, foſſilia, plantas, animalia.*) Et profudit in vos (*magna copia, varietate, atqve perfectione contulit*) bona ſua manifeſta, & occulta (*nempe qvæ ad corpus & qvæ ad animum ſpectant, ſenſibilia & intelligibilia, aut qvæ noſtis & non noſtis.*)

20. Eſt

---

18. Aſinorum] *olim Arabibus, præſertim idololatris, moris erat elatis vocibus gloriari inter ſe.* Hoſ.

Verſ. 19. Bona manifeſta & occulta] *Eorum explicationes ſive ſpecies plurimæ, qvin vel trecentæ enarrantur in libro*, qvi mare ſcientiarum *inſcribitur*, & *præcipuas refert*

20. Eſt autem ex hominibus *qvidam*, qvi diſputat de DEO, (*de unitate ejus, aliisqve attributis, vel de libro Dei,*) absqve ſcientia ulla, (*argumentis aut rationi innixa,*) & ſine ullo ductu *Prophetæ aut Apoſtoli*, ulloqve libro illuſtri, (*qvi divinitus ſit datus; ſed ſimpliciter fretus traditione, aliorum fide & auctoritate.*) Et cum dicitur iis, ſeqvamini id qvod *cœlitus* demiſit DEus, ſc. (*Coranum, atqve in eum credite;*) inqviunt: qvin ſeqvimur id, in qvo (cui inſtitiſſe) invenimus patres noſtros. Qvid ſi Satanas (*inſtinctu ſuo ac veluti traditione qvadam,*) vocaret eos ad tormentum inferni, (*qvo ſuggeſtiones ejus & idololatrias ducunt,*) num *ſeqvi eum vellent?*

21. Atqvi dedit ſeſe Deo, (*cum plena fiducia & ſincera voluntate ad eum ſolum converſus ſe totum committit illi*, benefaciens, *bene ſentiens de Deo, & colens eum qvem unicum & unum eſſe Deum credit;*) utiqve jam apprehendit ac tenet anſam firmam, (*qvæ non deſtituat aut fallat.*) Ad Deum

---

refert Paraphraſtes Perſa: ſed qvæ ſub generalibus illis, qvas præmiſit ipſe & nos expreſſimus, comprehenduntur, & hoc loco ſuperſtitioſe aptantur.

20. Eſt autem] *Intelligitur Naaſar Ibn Harit, qvi dicebat illa, qvæ de Deo dicuntur, eſſe veterum commenta. Juxta alios notatur Judæus qvidam, qvem ex Muhammede qværentem, qvis & unde DEus tuus? fulmine percuſſum ferunt.* Hoſ.

21. Anſam firmam] *Qvi paret & fidit Deo, futurus & ſecurius eſt, ei ſimilis qvi altum conſcendens montem, extantes apprehendit petrarum partes.* Beid.

Deum vero finis rerum *(pertinet, & revera pertingit; ad eum, omnium Dominum, redeunt omnia.)*

22. Et qvi non credit, (*nec firmæ anſæ injicit manum*,)non eſt qvod contriſtet te incredulitas ejus: (*neqve enim nocere tibi poteſt.*) Ad nos *futurus* eſt reditus eorum *in utraqve vita*; ut doceamus eos, (*per utriusqve generis pœnas*,) qvid fecerint. Utiqve Deus ſcit qvid in pectoribus lateat, *boni vel mali.*

23. Frui eos ſinimus parumper, (*ac brevisſime tempore, caducis bonis & gaudiis.* Tum (tandem, Gil.) adigemus eos ad ſupplicium grave, *horrendum & non imminuendum, nempe infernalis ignis.*

24. Et ſi percunctéris illos *incredulos*, qvis creaverit cœlum & terram; omnino dicent: *Deus.* (*Argumenta qvippe nimium manifeſta ſunt, qvare alteri qvam Deo tribui creatio non poſſit.*) Dicito, *ô Muhammed:* laus ſit Deo (*qvod confitentur ea, qvibus deſtruantur cætera qvæ credunt.*) Sed pleriq; eorum neſciunt, (*ſe confeſſione illa ſua convinci ac confundi.*)

25. Dei eſt qvicqvid in cœlis & in terra; (*nempe creaturæ omnes, ideoq; præter eum utrobiqve nihil eſt, qvod adorari dignum ſit.* Eqvidem DEus cententus *ſeipſo eſt, qvi neutiqvam ulla indiget creatione*

25. contentus] *Cum articulo emphaſin habet; uti &* laudatus, *qvod ſequitur: ut ſit*, contentus ille, laudatus ille. Hoſ.

26. Ar-

atione rerum ; laudatus *per ſe, & per attributa ſua; antequam laudem dicant, aut cogitent creaturæ.)*

26 Et licet qvicqvid in terra eſt arboris, calami *eſſent*, & mare *circumfluum terræ* atramentum, qvod ſupplerent poſtea, *qvam abſumtum fuerit*, ſeptem maria *alia iſti ſimilia*, non *tamen* exhaurirentur *ſcribendo* verba DEI, *res divinæ.* (*Hæ enim infinitæ ſunt, res illæ non niſi finitæ forent : eſſentia & majeſtas DEI, mundi utriusq; opera & bona, præſentia & futura :* qvorum omnium ne qvidem nomina qveunt deſcribi.) Qvippe DEUS potens & ſapiens (*eſt : qvi qvicqvid eſſe velit, eſſe facit ; & qvicqvid eſt, & qvi qvicqvis fieri poſſit, perfectiſſime intelligit.*)

27. Non *extitit* creatio veſtra, *ô Meccani*, neq; *futura eſt* reſuſcitatio veſtra, niſi velut animæ unius (*ac ſi unum ſit corpus, qvod ſimul creaverit Deus, qvodqve ſimul reſuscitabit.*) Certe DEus audit & videt (*ſimpliciter & ſimul omnia, ac penitiſſime perſpecta habet.*)

28. An-

---

26. Arboris] *ſingulare ſeu nomen unitatis uſurpatur, non plurale ſeu nomen multitudinis, ut intelligantur arbores ſingulæ in calamos aptari & totæ nulla omiſſa parte.* Zamach. Atramentum] *qvia ſeqvens verbum ſignificat peculiariter* atramento inbuere ſeu implere; *inde eſt qvod nomen illud per verbum ſuum*, commode innuatur. Beid.

27. animæ unius] *non ſeparatim aliarum poſt alius ; nec ulla ope, aut inſtrumentorum uſu. Sola qvippe ſufficit ad potentiam accedens voluntas : Ita ut mundorum centum millia uno verbo.* CUN Eſto, *producere potuerit ; & una tantum voce*, KOM. *ſurge mortuos excitabit e ſepulchris.* Hoſ.

28. Annon vidisti, qvod Deus noctem diei immittit, & diem immittit nocti (*cum lucis & tenebrarum seqvantur vices, aut cum eorundem spacia laxantur aut contrahuntur*: & *qvod*) ad obseqvium subegit Solem & Lunam; *qvorum qvisqve in suo orbe* currit ad metam præstitutam, (*sc. periodi suæ, vel ad judicii extremi diem.*) qvodq; Deus qvæ facitis norit, *arcanorum conscius.*

29. Hoc (*qvod dictum fuit dicive possit de potentia & scientia Dei, atq; de impotentia aliorum Numinum,*) ita se habet, propterea, qvod DEus *est* ens verum & solidum, (*per se & essentiæ suæ necessitate existens;*) & qvia qvod præter eum invocatis, *vos idololatræ*, Ens falsum *est* & vanum: & qvia DEus *est* summus & maximus, (*cum qvo nihil comparari qveat.*)

30. An vidisti navem per mare currere gratiâ & *beneficentiâ* DEi (*qvi in mediis eam fluctibus servat & misso flatu ducit dirigitqve:*) ut ostendat vobis qvædam signa sua, (*tum admiranda maris, tum potentiæ & bonitatis suæ argumenta, etiam in navi.*) Namqve ea in re *navi & mari* profecto signa sunt cuiqve patienti, (*qvi maris perfert incommoda, ut exteras regiones & gentes freqventet,* & grato, *qvi Deum boni omnis autorem agnoscit & pro beneficiis colit. Religionis pars una est patientia,* altera gratitudo.

31. Et cum operit eos *navi vectos*, unda umbraculorum instar, (*vel* sicut umbrosi montes *aut* nubes,) invocant Deum, sinceram monstrantes ipsi religionem. Cum vero liberaverit eos

eos *& ſalvos perduxerit* in terram, *utiq;* ex iis *alius qvidem* viæ rectæ inſiſtit, *(& in unius DEI cultu perſeverat, qvales ſunt fideles & pii; alius autem recedit inde atqve ad impietatem redit, ut ſunt idololatræ.)* Neqve abnegat ſigna noſtra, *(potentiæ & providentiæ vel liberationis noſtræ)* præterqvam omnis perfidus *(violator fœderis DEI, & ingratus pro beneficiis acceptis.)*

32. O homines *(in univerſum omnes & peculiariter vos Meccani,)* revereamini Dominum veſtrum *(caventes vobis ab ingrati animi vitiis & deſtinatis pœnis;)* atqve extimeſcite diem, *in qvo* non ſatisfacturus erit parens pro nato ſuo; neq; natus ſatisfacturus pro parente ſuo, *(haud ullam pœnæ partem averſurus alter ab altero; ut credens at pius qvis proximi ſui increduli & impii expiare crimina aut deprecari poſſit, qvæ qvorundam opinio fuit.)*

33. Nam ſtatutum DEI *(fœdus ejus ſeu promiſſio præmii ac comminatio pœnæ)* verum juſtumqve eſt, *(immutabile ac ſemper ſibi conſtans.)* Itaqve ne ſeducat vos vita mundana, neqve ſeducat vos per Deum *(ipſum, futurum velut condonatorem facilem & liberalem*, ſeductor ille *ſatanas qvi prolixa ſpe & falſa fiducia decipit vos, & ad peccandum audaces & ſocordes facit.)*

34. Eqvidem penes Deum eſt ſcientia horæ extremæ, ſive *Reſurrectionis*: & demittit ille pluviam

Verſ. 34. Eqvidem] *Tradunt Harit, Amri filium, Meharaum pro poſſeſſe Muhammedi qvæſtiones de extremo judicii*

viam (*tempore & loco præfinitis ſtatisq.:*) & ſcit qvid in uteris ſit , (*perfecti vel imperfecti , maſculus fœtus vel fœmineus.*) Non novit autem anima ulla, *homo qvisqvam* , qvid lucri factura cras ſit (*vel qvid negotii tractatura :*) neqve etiam novit qvisqvam, in qva terra *ſit* moriturus. At modo DEus eſt ſciens & gnarus (*arcanorum omnium qvæ pro beneplacito ſuo revelat & velata ſervat.*)

dicii die; & qvando ſementem ſuam pluvia rigaret ; num uxor ſua jam gravida marem pareret, an fœmellam. Se *vero noſſe dixit , qvid cras facturus ipſe & tractaturus eſſet ; & qvo loco ſepulturus filium. Atqve in hanc rem ea qvæ ſeqvuntur ſcripta eſſe volunt.* Hoſ.

VI. SURATA LXI.

Dicta סורה אלצף Surato-zzàffi ſ. ACIEI vel ORDINIS, tractans moralia & pauca inſpergens de Moſe & Chriſto.

Ex verſione *Jac. Golii*, una cum notulis ejusdem.

CAPUT aciei Meccenſe qvatuordecim verſuum.

In nomine Dei miſeratoris miſericordis.

1. San.

CAPUT] *Plerique Medinæ traditum volunt : alii Meccæ , antequam hinc Muhammed iſtuc confugiſſet. ACIEI ſeu ACIES dictum , tanqvam proprio nomine, petito exſeqventi commate ſecundo.*

1. Po-

1. Sanctam Deo laudem dicit qvicqvid in cœlis, & qvicqvid in terra.

2. Qvippe ille potens, sapiens. O vos qvi creditis, qvare dicitis qvod non facitis ?

3. Magni est odii apud DEum, qvod dicitis qvod non facitis.

4. Utiqve DEus diligit eos, qvi pugnant infemita ipsius acie instructâ, ac si ipsi structura compacta.

5. Qvando dixit Moses populo suo: O populemi, qvare molestia afficitis me, cum sciatis me esse Dei ad vos legatum: utiqve cum deviassent, devia reddidit DEUS corda ipsorum. Neqve DEus dirigit homines improbos.

6. Et qvando dixit JESUS, filius Mariæ: ô filii Israël, eqvidem ego missus ad vos legatus DEI, verum asserens, qvi coram me, librum Mosis, & læta annuncians de legato venturo post me, cujus nomen Achmed. Et postqvam ad eos venisset cum evidentibus signis, dixerunt: Hoc fascinum est manifestum.

7. Qvis

---

1. Potens, Sapiens] *imperio & opere.* Gel.

2. dicitis] *de gerendo bello ad tuendam & propagandam religionem.* Gel.

3. Non facitis] *cum fugam cepistis in prælio Chodensi.* Gel.

4. diligit, *victoriam & honorem largiens.* Gel. structura compacta] *vel* murus ferruminatus. Hos.

5. Qvando] *Subintelligendum ante, recordare qvid acciderit.* Gel.

6. Achmed.] i.e. Muhammed: *sunt enim hæc duo synonyma & indifferenter alter usurpatur pro altero. Notat*

7. Qvis autem injuſtior eſt, qvam qvi affingit DEo mendacium? Et ille vocatur ad ſalutarem fidem? At DEus non dirigit homines injuſtos.

8. Volunt extingvere lumen DEI oribus ſuis. Sed DEus conſummat lumen ſuum; etſi abhorreant infideles.

9. Ille eſt, qvi miſit legatum ſuum cum recto ductu, & religione veri & juſti; ut conſpicuam efficiat eam ſupra religionem omnem, etſi invitis illis, qvi conſortem tribuunt DEO.

10. O vos, qvi creditis, num commonſtrabo vobis mercimonium, qvod ſervet vos a tormento dolorifico?

11. Cre-

---

autem Achmed laudatiſſimus, inclytus. *Ipſa Chriſti verba ſunt:* Ego vado ad patrem meum, & paracletus veniet. (*vid. Joan, XVI, 7.*) *At nomen hoc* Paracletus *idem denota qvod* Achmed. Hoſ. *En blaſphemiam inſcitia veſtitam* Περίκλυτος inclytus, præclarus, *ſumtum pro* παράκλητος conſolator, adhortatur, patronus: *nempe η & υ eodem modo efferebant Græci; & qvidem ut ι: prout etiam in Syriaco, & in Canticis Eccleſiæ exprimitur. Attamen tum* παράκλυτος *ſuiſſet contrarium verius,* infamis turpis: *Iugulando Corano ſufficit vel ſolus hic locus. Non enim hæc ab inſtinctu Dei ſed potius impoſtoris eſſe, luce meridiana clarius exiſtit. Et qvid paracleti nomen magis conveniat Muhammedi, qvam inſano Manetі; qvem tot validis argumentis contrivit B. Auguſtinus?*

7. Mendacium] *Deo conſortem faciens & miracula ejus, ut falſa, reprobans.* Gel.

injuſtos] *Infideles.* Gel.

8. conſummat] *effert & manifeſtum reddit.* Gel.

11. No-

Digitized by Google

11. Credetis in DEum, atqve in legatum ejus, & cum amoris ſtudio belligerabitis in ſemita DEI, opibus & animabus veſtris. Id melius eſt vobis, ſi noſcatis.

12. Condonabit vobis peccata veſtra, & introducet vos in hortos, ſubter qvibus decurrunt fluvii, & manſiones amœnas in hortis Eden. Hæc felicitas magna.

13. Et alia, qvam amatis; auxilium à DEO ac victoria propinqva. Et læto nuncio bea fideles.

14. O vos, qvi creditis, eſtote adjutores DEI. Qvem-

11. Noſcatis] *Itaqve facite hoc.* Gel.

12. Condonabit] *Deus, ſi faciatis hoc.* Gel.

13. Alia] *felicitas & gratia manet vos.* Gel.

14. Adjutores Dei] *In promovenda lege Dei & religione.* Gel.

Apoſtolis] *Ita dicuntur a voce HAVAR, qvæ* candorem notat; i. e. electi & candidi: *ſunt illi, qvi in Jeſum primi crediderunt, numero XII. Traditur autem a qvibusdam, vos candidandis veſtibus dediſſe operam, fullonum more* Gel. *Hoc qvidem nugatorium eſt, inde natum qvod eadem dictio* HAVARIJON *vulgato uſu* fullonem *notat. Attamen iſto dicti nomine videntur Apoſtoli, ceu Chald.* חִוָּרִין candidi; *vel qvod ſinceri amici & miniſtri Chriſti; vel qvod albis induti ſtolas pingi ſolerent in Oriente; vel qvaſi φωτίζοντες aut φωτιζόμενοι* prælucentes *aliis aut* illuminati: *vel pro* חוֹרִין *Hebr.* i. e. principes & anteſignani. Jerem. XXIX, 6. *Qvæ autem hic Apoſtolis attribuuntur petita videntur ex Hiſtoria Apoſtolica miſſionis; qvando ad prædicandum Evangelium a Chriſto vocati & miſſi fuerunt Apoſtoli.* Matth. X. Marc. III. Luc. VI. & IX. Cre-

Digitized by Google

Qvemadmodum dixit Jesus, filius Mariæ, Apostolis: Qvinam adjutores mei ad DEum? dixêre Apostoli: Nos adjutores DEI. Credidit vero in Jesum pars qvædam ex filius Israël, & pars non credidit. Itaqve corroboravimus eos, qvi crediderunt contra hostem suum, ita ut evaserint superiores.

---

didit pars] *in Jesum, dicens Dei servum esse, qvi in cælos sublatus sit.* Gel. non credidit) *inqviens Dei filium esse.* Gel. *Hæc violenta & perversa est interpretatio. At rectius verba ipsa simpliciter intelligit.* Beid. *Addunt Ambo, eidem interpretes, magnas ex eo ortas esse contentiones & pugnas: præcipue vero postqvam in cælos Christus adscendisset.*

Corroboravimus eos (tum perspicaciâ veri, tum virium potentiâ. Beid.

VII. SURATA LXXVIII.

Dicta שׁוּרָה אלנבא Surata Nuntii, Meccensis, versuum qvadraginta.

Interprete *Joh. Zechendorffio.*

1. De qvo qværunt,
2. De annunciatione magna,
3. Qvi sunt in eo diversi,
4. Neqvaqvam scient.
5. Deinde neqvaqvam scient.
6. Annon fecimus terram planitiem.
7. Et montes palos.
8. Et creavimus vobis uxores.

9. Et

9. Et dedimus ſomnum veſtrum qvietem.
10. Et fecimus noctem, veſtem.
11. Et creavimus lucem vitam.
12. Et ædificavimus ſupra vos ſeptem fortitudines.
13. Et fecimus candelam ſplendidam.
14. Et miſimus è nubibus aqvam ſtreperam.
15. Ut producamns per eam granum & fruges.
16. Et hortos.
17. Qvia dies gratiæ eſt præfinitus.
18. Die illo inflabitur buccina & accedent gentes.
19. Et aperietur cœlum & erunt portæ.
20. Et rumpentur montes & erit nebula.
21. Qvia gehenna erit exſpectans malos expectatione.
22. Non anxietas in ea ætate.
23. Non guſtabunt in ea frigus neqve potum.
24. Niſi fervorem & pus.
25. Retributionem convenientem & computationem.
26. Qvia illi ſunt qvi non ſperarunt judicium.
27. Et abnegarunt verſus noſtros mendaciter.
28. Et omnem rem percenſuimus ſcripto.
29. Ergò guſtate, & neqvaqvam addimus vobis niſi pœnam.
30. Utiqve piis locum ſolitarium, viridaria & baccas.
31. Et puellas nudis uberibus, oculis.
32. Et poculum comprehenſum.

33. Non

Digitized by Google

33. Non audient ibi verbum inconcinnum neqve mendacium.
34. Præmium à Domino tuo donum magnum.
35. A Domino cœlorum & terræ,& qvæ inter illa miseratoris non regnabunt ab eo sermones.
36. Die illo surgent animæ & Angeli ordine.
37. Non loqventur nisi ei cui permittit misericors & dicet verum.
38. Iste dies verus & qvem vult assumet ad Dominum suum spe.
39. Nos monuimus vos, pœnam propinqvam prædiximus vobis.
40. Die illo videbit qvisqve qvid attulerunt manus ejus & dicet infidelis: ô utinam ego essem pulvis.

VIII. SURATA CI.

Dicta שׂורה אלקארעה 1.
contradicentium.

Interprete eodem.

Surata (i. e. caput) contradicentium.

Meccensis, & ipsa decem versuum. In nomine Dei misericordis miseratoris Contradicentes non Contradicentes. Et qvando notum feci tibi qvid contradicentes. Die isto erunt homines sicut pulices dispersi. Et erunt montes ut lana

lana; carminata. At qvando alicujus grave fuit pondus vel ſtatera; Et ipſe in vita grata. At cujus leve fuit pondus; Et mater ejus barathrum. Et dum notum fecit tibi, qvod ſtructura ignis calidus.

Codex Latinus Rhetinenſis omiſſis duobus verſibus ſic vertit. Azoara CXI.

Die mandati gravis exibunt homines velut culices, nunc hac nunc illac promoventes, fientqve montes ut lana decerpta. Et cuicunqve pondus immenſum præponderabit, vitam vivet optimam: cui vero leve contigerit, in ignis fervidi præcipitium corruet.

IX. SURATA CIII.

Dicta שׁוּרָה וּאלעצר *per veſperam*, Meccenſis trium verſuum.

Interprete eodem.

Per veſperam, qvoniam homo in damno. Niſi ii, qvi crediderunt & ſunt operati bona. Et admoniti de veritate. Et ſtabilitus in patientia.

Codex Latinus Rhetinenſis.

Azoara CXIII.

Per hujus horam, & hiſtoriam, homo damnum atqve perditionem inſeqvitur, niſi tantum credens, atqve beneficus, & virtutis monitor, ac indurator.

X. SU-

X. SURATA CXII.

Dicta שורה אלאחלאץ *Surato 'lachlâzi* i. *salutis*, Meccensis iversuum qvatuor.

Interprete *J. H. Hottingero.*

1. In nomine DEI miseratoris misericordis.
2. Dicito : Ille Deus unus est.
3. Deus æternus, nèc gignit nec gignitur.
4. Nec ei qvisqvam est similis.

EXERCITATIO VII.

De

ALISHIIS ET SUNNITIS,

Sive

DE PRÆCIPUIS PERSARUM ET TURCARUM CIRCA RELIGIONEM DISSIDIIS.

הקדמה:

TRitum verbum est : Τὸ ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυχιδὲς εἶναι : *Veritatem unam, mendacium verò varium esse.* Testatur id Muhammedanorum in tot Sectas distractio. Sub ipso enim ferè Muslimismi auspicio brevi tempore numerari potuerunt LXXIII. sectæ magis minusqve dissidentes ; ex qvibus famosissima fuit hæresis *Alishiorum* seu *Alisequarum*, qvi & ipsi in LXX.

LXX. mox divisi Sectas Persiam hodie occupant. Cùm ergò hodie Persæ à Turcis maximè dissideant, lubet nonnulla ex Scriptis Orientalium, ut & αὐτοπτῶν testimoniis de eorum differentiis in medium proferre & breviter eorum summa perstringere capita, ob qvæ sese hæ nationes tantoperè invicem execrantur. Qvod ut feliciter procedat, faxit JEHOVA!

CAPUT I.

CONTINENS ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΝ *AD SEQVENTIA.*

TH. 1. Ut seqventia eò dilucidiùs patescant, visum fuit nobis, de *Persis & Turcis* pauca in genere præmittere. Et ut à nominibus ordiamur, Persæ antehac à gentis conditore Elam *Elamitæ* & *Elymæi* dicti sunt, ut videre est ex collatione locorum *Gen. X. Esa. XI. 21. 22. Jer. XXV. 49. 25. Ezech. XXXII. 24. &c.* Unde & Josephus *lib. I. Antiqv. c. 14.* Ἔλυμον καὶ ἐλυμαίους πεῤσῶν ἀρχηγέτας appellat, qva de re accuratè egit Reinerus Reineccius *in Hist. Jul. vol. 2. f. 14. 15. 16.* Notandum tantùm, *Elam* nonnunqvam strictiùs sumi, & sic *Parthiæ* opponi, ut videre est *Esræ IV. 9. Act. II.* Aliàs Persas qvondam etiam *Cuthæos* appellatos fuisse, & sic in Scriptura qvandoqve vocari, probat Sam. Bochartus *in Phaleg. p. 254.* Hodie dicuntur *Persæ* à regione פארש *phars.* de qva vid. Olearius *in Hodœp. Pers. l. 5. c. 2. p. 540.* & hinc in S. Sa apud sacros Scriptores Cyro coævos vel superstites est nomen פרס. Non desunt, qvi Persas dictos

dictos velint ab Arabico vocabulo פארש *pharis*, qvod cum Ebraico פָּרָשׁ significat *eqvitem*, qvasi ab eo temum dempore qvo regnante Cyro eqvis usi sunt, hoc usurpassent nomen, ut sentiunt Wilh. Schick. *in Tarich* & Bochartus *l. c. p. 254.* Sed Hottingerus *Topogr. Eccles. p. 113.* ait, *valde placeret* (Etymon) *si veterum Persarum linguæ Ebraicæ h. l. matri aut Arabicæ accederet dialectus.* Addit tamen: *Num dicemus, vel Ebræos (nam & Bahmani Regis uxorem, & Cyri matrem Judæam, & illam qvidem ex familia Davidis ortam fuisse, unde & Autor Rosarii Persici Regem Musaffer-Eddin Abubecrum Salomonis successorem appellat, Persæ tradunt; qva de re Gentius Not. in Ros. p. 600. ubi Regum Persarum qvatuor ostendit familias) vel Arabes cum voce rem ipsam Persis, antea περιτὰς communicasse?* Tandem alio etiam nomine à religionis suæ primipilo *Sofi* à qvibusdam appellantur *Sofiani.* A Turcis ludibrii ferè causâ vocantur קזלבאש *Kisilbaschi* Germ. Rothköpffe/qvod ipsum nomen tamen Persæ non adeò repudiant, cum ob mitras rubras, qvas nonnulli eorum religionis causa gestant, ita dicantur. Conf. Olearius *l. c. p. 582.*

TH. 2. Jam etiam aliqvid dicendum esset de gentis origine, ubi iterum magnus sententiarum campus sese nobis aperit. Herodot. *l. 7. seu Polym.* refert, Persas à Perse filio Persei & Andromedæ, Græcorum Duce, oriundos esse; & sic originis Græcæ forent. Alii ex gente Scytharum deducunt ortum Persarum, qvod Ammianus Marcelli-

Digitized by Google

cellinus *l. 31. p. 469.* ex peritia pugnandi & arcum tendendi Perſis cum Scythis communi probat. Et Perſas Scythicæ originis pronunciat Plinius *l. 6. c. 17.* Si hæc ſententia vera eſſet, jam poſſet cauſa aliqva dari magnæ illius convenientiæ & arctæ affinitatis inter lingvam Perſicam & Germanicam, de qva conſulantur Juſtus Lipſius *Epiſt. Cent. 3. Ep. 44.* Joh. Gravius *Elem. Lingv. Perſ. p. 90.* Adam. Olear. *Hodæp. Perſ. l. 5. c. 24. p. 614.* Levinus Warnerus *Prov. Perſ. 34.* Claudius Salmaſius *Præf. ad Tab. Cebetis*, Brianus Waltonus *ad Bibl. Polyglott. Proleg. 16. num. 4.* Johan. Elichmannus, Sam. Bochartus, Marcus Zuerius Boxhornius, & alii. Proveniret nimirum illa ex communi gentium origine, qvam rationem cum Boxhornio *P. in Curt.* amplectitur Waltonus *l. c.* Nos tamen id non facile aſſeremus, cum ex qvarundam vocum convenientia eadem gentium origo non ſtatim ſeqvatur. Cæterùm qvi præter Elam, à qvo antehac Perſæ Elamitæ dicti, alium qværere velit gentis autorem vel aliam originem, eum nos patimur ſuo abundare ſenſu.

Th. 3. Jam etiam inqviremus in Etymologiam *Turcarum.* Hi ergo non dicuntur juxta qvorundam ſententiam à fluvio præcipiti *Tirk*; neqve à *Tyras* Japeti filio, à qvo Targum Hierboſolym. *Turcas*, Raſchi autem ſine ratione *Perſas*: Eugubinus *Tyrios*, communiter autem *Thraces*, Ponti Euxini accolas, deducunt. Nec dicuntur à rad. Arab. תּרך *deſeruit*, qvaſi Turcæ falſam & idololatricam religionem deſeruerint, uti nonnulli hoc

nomen excuſant, vel etiam, qvod juxta Elmacinum *Hiſtor. Univerſ.* Alexander Magnus in expugnatione vel potiùs incluſione Gogi & Magogi qvosdam extra murum ferreum à ſe paratum *(Tamka)* reliqverit; Sed vel dicuntur à *Togarma* Gen. X. 3. unde multi *Torgomannos* ſeu *Turkomannos* deducunt, vel dicuntur *Tſzürke* vel *Jurka*, i. e. homines vagi & palabundi, paſtorum more in tuguriis degentes, qvò facit qvod Megalander noſter Lutherus *ſuper cap. 13. & 39. Ezech. & cap. 20. Apocalypſ.* vocabulum *Magog* Germanicè vertit Dachmann/ſeu Hüttenmann/ qvi mobilibus habitaculis, tuguriis vel mapalibus gaudet. Conf. Joh. Leunclavius *Hiſtor. Muſulm. l. 2. f. 89* & D. Mylius *Conc. 1. de Turcis p. 6.* Vel deniqve potiùs à voce Turcica ﺗﺮﮎ *Tork*, qvæ notat latronem; & hæc ſententia nobis cum Gentio *ad Roſ. p. 543.* præprimis arridet, cum Saracenis illis λῃſτικοῖς & *Nomadibus* bellè competat, qvi revera latrones erant, qvales hodie ſunt, qvi Turcis dicuntur *Coſaki Tatari*, qvales *Mardoloſii*, qvales *Bandolieri* in Pyrenæis. Et qvomodo hodieq; Arabes *Scenitæ* Carawanis ubiqve inſidientur & latrociniis graſſentur, refert Gabr. Sionita *de Urbibus Orient. p. 11.* Accedit huc, qvod hoc nomen ipſa porta Othomannica toto animo averſetur propter ejusdem non obſcuram & exoſam ſignificationem.

TH. 4. Dicuntur Turcæ in ſpecie aliàs *Sarraceni*, unde verò hi hoc habeant nomen, ſatis obſcurum eſt ob tot ſententiarum divortia. Rejecta jam

jam dudum eſt ſententia eorum, qvi eos à *Sara* potiùs, qvàm ab Hagare ancilla ſe appellare voluiſſe ferunt: ita B. Hieron. *Comment. in Ezech. l. 8. cap. 25.* & *in Eſa. l. 5. c. 21.* Iſidorus *l. 9. c. 2.* eos à *Syria* qvaſi *Syrigenas* dici, parum commodè affirmat. Stephanus *περὶ πόλεων* vult eos ab urbe *Saraka* appellationem ſortitos eſſe. Füllerus *Miſc. l. 2. c. 12.* deducit Saracenos à rad. Syr. סְרַק *levis fuit*, qvaſi inanes, leves & vacui hâc voce notentur. Sed hujus nominis natales rectius in Arabia qværi videntur. Joſephus Scaliger itaqve *de Emend. temp. lib. 2. p. 108.* ut & *in Animadv. ad Euſeb.* eundemqve ſecuti Sixtinus Amama *in Antibarb. Bibl. l. 2. p. 262.* Hottingerus *Hiſtor. Orient, p. 7.* deducunt nomen ad Arab. שָׁרַק *furari, latrocinari*, qvia nimirum Arabes reverà latrones erant; qvod Etymon utiqve non incommodum eſſet, ſi hoc nomen æqve ut prius Turcæ averſarentur; aliàs verò minimè probabile, Arabes ſeipſos latrones appellaſſe. Edw. Pokokius *ad Abulf. p. 33.* ait, Saracenos à שרק *Scherkon* oriens, dici qvaſi שַׁרְקִיִּם *Scherkiuna Orientales*, qvales illi partim *κατ' ἐξοχὴν*, erant, qvia inter eos celeberrimi, partim *κατάπι* Judæis tales habebantur. Sic etiam Africani è contrario מַעְאַרְבָה *Occidentales* multis vocantur. Et hæc ſententia nobis non admodum improbabilis videtur, licet hîc facile qvemlibet patiamur abundare ſuo ſenſu.

Th. 5. Dicuntur autem ab *Hagare* ancilla Abrahami etiam *Hagareni*, & hinc Pſal. CXXXIII. 7. juxta plerosqve הַגְרִים, ubi notat Aben Eſra

הם ההגריאים שילדה הגר מבעל אחר i. e. *Sic vocantur* Hagareni, *qvos genuit Hagar ex viro alio* (non Abrahamo) id qvod propterea addit, qvia Ismaëlitarum in eodem versu peculiaris fit mentio : *Targ.* verò ejus loci minus benè הגריום vertit *Hungaros.* Aliud nomen est, qvod Arabes circa Muhammedis tempora nacti, & מהאגרין *Mohagerin* appellati sunt, nimir. ab הגרה seu *fuga* Muhammedis, cujus qvidam socii erant & religionis causa exulantes audiebant.

TH. 6. Utrique porrò & Persæ & Turcæ affectant nomen *Musulmannorum* vel *Muslimorum*, i.e. credentium vel orthodoxorum. Musulmanni enim vox Etymologiam habet à verbo אשלם *obtemperavit, credidit, fidelis factus est.* Eodem sensu se מומנין seu *credentes* appellant. Qvapropter non benè explicant, qvi Musulmannos per *servatos* vel *liberatos* reddunt : licet enim vox ista à verbo Arab. שَلَّمَ qvod Ebræorum שלם exprimit, & significat *Salvus, incolumis fuit*, derivetur, in Conjugatione tamen qvarta, unde illa appellatio deducitur, significatio mutatur. Conf. Sionita *l. c. c. 14. p. 26.* & CL. Hottingerus *Hist. Orient. p. 3.* Eo lubentius verò hoc nomen sibi vendicant, qvo freqventius Muhammed ipse de eo in Alcorano suo gloriatur. Sic dicit *Sur. 6.* אנא אול אלמשלמין *Ego sum primus Musulmannorum* : utut nugivendulus sui oblitus *Sur. 2.* Abrahamum ita introducat precantem ואחעלנא משלמין *Domine*

Digitized by Google

mine noſter, pone nos Muſulmannos. Aſſeclas autem ſuos non uno in loco vocat אמה משלמת *gentem Muſulmannicam* ſeu *Orthodoxam.*

Th. 7. Breviter deniqve dicendum, cur in frontiſpicio Perſas *Alishios* & Turcas *Sunnitas* vocemus: illud nimirum fit, qvia Perſæ cumqve iis Rex Viſapoúr & Golconda (de qvibus conf. Joh. Bapt. Tavernier *Itin. Indic. l. 1, c. 10. & deſcr. aulæ Otomann. c. 20.*) præter Muhammedem Apoſtolum Dei etiam venerantur Alim ut Præfectum Dei; hoc verò, qvia Turcæ cæteriqve Muhammedani præter Alcoranum etiam recipiunt *Sunam* ſeu traditiones Muhammedis orales, ut infrà pluribus dicemus.

Th. 8. Jam ulterius dicendum, qvæ fuerit ante tempora Muhammedis utrorumqve religio & qvando utriq; Muhammedi faſces ſubmiſerint. *Perſæ* itaqve inde ab antiqvis temporibus ſolem coluerunt, qvem referente Strabone *l. 15.* ut & Heſychio & Svida, *Mithram* vocarunt, qvod nomen hodie qvidem in uſu eſſe apud Perſas deſiit, nam מהר qvod ſolem notat, exiguam cum illo videtur habere convenientiam. Sic enim etiam aliæ voces hodiernæ ab antiqvis illis, qvantum ex autoribus colligimus, fato plerisqve lingvis communi, non parùm diſcrepant. Nam *canem*, qvem veteres Perſæ teſte Juliano *Spacum* vocarunt, hodiè שַׁךְ vocant, & *telum*, qvod referente Curtio *l. 4.* antiqvi *Tygrim* vocabant, jam טיר appellant. Niſi fortè *Mithram* exponere velis *Matrem*, qvam Perſæ מאדר dicunt. Poſteà *Vene-*

ris, ut refert Briſſonius *lib. 2. pag. 157.* & deniqve ignis cultui dediti fuerunt, qvem ut cœlitus ortum venerabantur, & continuè ut Romani in honorem Veſtæ fovebant, & ipſi hymnos peculiares dicabant, ut refert Herodotus *lib. 1.* Qvanqvam verò de hujus religionis & cultus origine aliorum alia ſint judicia, cum nonnulli Zoroaſtrem ſeu *Zorodaſt* (qvem amicum ignis vertunt, & cum Bileamo eundem fuiſſe dicunt) autorem faciant; alii tamen probabilius exiſtimant, Perſas hunc cultum à Chaldæis accepiſſe, apud qvos ab ultimis temporibus in uſu fuit, ceu fuſius oſtendit Seldenus *de DIS Syris p. 320. ſ.* Cæterùm apud Perſas כבר *Kebr* eſt nomen *ignicolarum*, qvod num ἀπὸ τύχης ita factum, an iis impoſitum ſit ex certa ratione, obſcurum eſt. Afferunt qvidam originationem, ſed ex corrupto nomine. *Video*, inqvit L. Warnerus *Prov. 2. eos ab aliis Gaor appellari & etymi rationem peti à cultu bovis, qui Perſis dicitur* Gao: *vel qvod rectius creditur, à Turcico* Gaur, *qvo infideles ſignentur. Sed ſine dubio* Gaor *corruptum eſt ex* כבר Gaber. *Qvod ſi ita eſt, ejusmodi, qvæ afferuntur, originationes locum non habent.* Apud Talmudiſtas verò itidem decantati חברים *Chaverim*, qvos *Baal Aruch* ſcribit fuiſſe Perſarum כומרים ſeu *Sacrificulos*: Gloſſa Talmudica eos in genere pro Perſiæ qvodam populo habet. Certum eſt *Chaverim* iis ex *Kebris* Perſarum prognatos eſſe. Conf. Hottingerus *Theſ. Phil. l. 1. c. 1. ſ. 8. p. 56.*

TH. 9. Tales Kebros ſeu Pyrolatras adhuc in Per-

Digitized by Google

Perſia ſuperſtites eſſe ex Levino Warnero *Prov. 2.* aſſerit Hottingerus *l. c.* Id tamen negat Olearius *Hodœp. p. 562.* & refert in *Kebrabath* ſuburbio Iſtahanæ dari qvidem incolas à reliqvis Perſis non parùm diſcrepantes, eos verò non eſſe Ignicolas; Sed aliud eorum religionis *βδέλυγμα* recenſet his verbis: Iſt iemand unter ihnen geſtorben / laſſen ſie aus dem Sterbe-Hauſe einen Hahn auffs Feld lauffen/wenn derſelbe von einem Fuchſe erhaſchet und weggeführet wird / halten ſie davor / daß des Verſtorbenen Seele ins andere Leben auffgenommen ſey. Wenn aber dieſe Probe etwa mißgelingen/oder wegen anderer Zufälle verdächtig werden möchte / nehmen ſie eine andere für die Hand / der ſie mehr trauen. Sie tragen nehmlich ihre Leichen mit den beſten Kleidern behangen / und mit güldenen Ketten und allerhand Geſchmeide gezieret auff den Todten-Acker/ und ſtaffeln ſie mit höltzernen Gabeln an die Mauer/ wann nun die Vögel des Himmels das rechte Auge außhacken / wird er unfehlbar des Himmels würdig geſchätzet / wird aber das lincke Auge außgefreſſen / ſo muß er verdammet ſeyn. Denn haben ſie zwo tieffe Gruben / in die eine laſſen ſie der Seligen Leichnam ſein ſanfft hinunter/in die andere aber wird der Verdammete über Hals und Kopff geſtürtzet. Plura &, uti videtur, magis certa de iisdem dabit Joh. Bapt. Tavernier *Itin. Perſ. l. 4. c. 8. per tot.*

Th. 10. Cæterum qvi Perſis כבר *Kebri*, illi Arabibus مجوس *Magjuſi*, & hinc Græcis Μάγοι

dicti fuerunt. Hinc unde Magi dicantur, hoc loco non incommodè inqvirimus. Facessant, qvi eos dictos volunt à Germanica voce Mögen/ posse, qvasi potentes intellectu notentur. Licet verò Persæ qvasdam voces cum Germanis communes habeant, ad hanc tamen nonnisi à particulari fit collectio. Nec melius divinant, qvi vocem derivant ex Græco μέγαις, qvasi se μέγα τι dicerent; vel ex verbo μάττω *pinso, subigo*, unde est μαγὶς, *tripus* vel *aliud coqvinarii instrumenti genus*, qvam qvorundam conjecturam annotavit Lud. de Dieu *ad Matth. c. 2. p. 3.* Incertum qvoqve est Etymon Salmasii, eos dici à Zoroastre, cui cognomen fuerit *Mog*, unde Græci Μῶχον qvendam Sophum Iliacis temporibus antiqviorem fecerunt: Nec commodè Magi dicuntur à *Magog*, qvam esse *Cedreni* sententiam refert B. Gesnerus *Conc. de Turc. p. 4.* Nec dicuntur ab Ebr. מָעוֹז *Robur*, neqve à rad. הָגָה, qvasi מַהְגִּים *meditantes*, utut hoc non displiceat L'Empereurio *ad Middoth p. 176.* neqve à מָגַשׁ *innuit*, ut voluit David de Pomis citante Lud. de Dieu *in Acta p. 123.* nec deniqve vox מגוש seu *Megus*, conflata est ex vocibus Persicis מיג כוש qvæ hominem curtis auribus notant, qvalis sc. primus sectæ autor fuit, si fides *Muh: Al Firau Zabadio*; qvod si verum esset, fortè historia *Justini* de auribus Mago à Cambyse præcisis huc conferri posset. Cum verò in eo meliores Philologi consentiant vocem Magi Arabicam esse, maximè se nobis probat sententia Lud. de

Dieu

Dieu & aliorum, qvi vocem deducunt à ψψɔ vel ψɔ gjaſaſa, gjaſſa, *exploravit, exqviſivit*, cum, præter qvam qvod ignis cultui præeſſent, qvidam rerum divinarum & naturalium ſcrutationi vacarent, unde & factum, ut qvandoqve illi Magi dicerentur, qvi ignem non colerent. Aliàs autem antiqviores Meguſæi ſive Magi Ignicolæ fuerunt & ab authoribus cum Kebris paſſim conferuntur. Conf. Pokokius *ad AbulFar. p. 146. ſ.* Hottingerus *in Hiſt. Creat. p. 132. ſ.* & qvæ dedimus in Exoticis N. T. ad Matth. II. 1.

Th. 11. Ignis Kebrorum tandem ab *Omaro* tertio Muhammedis ſucceſſore, Perſide ſubactâ, extinctus fuit & Muhammedis doctrinæ ex Chriſtianiſmo, Judaiſmo & veteri Saraceniſmo conflatæ faſces qvoqve ſtatim porrexit Perſia, cum jam *anno Hegjeræ 20.* Isfahana, ubi hodie Perſarum Rex reſidet, capta fuerit: qva de re jam plura addere non lubet.

Th. 12. Turcæ & Saraceni itidem ante Islamiſmum ſeu Muhammedaniſmum, vel, ut Arabes loqvuntur, tempore אלחאהליה *Ignorantiæ*, craſſiſſimæ idololatriæ immerſi erant, colebantqve diverſis locis qvamplurimos Deos & Deaſtras: *Allat*, idolum formæ muliebris *Lucifero*, vel etiam *Veneri* ſacrum. Conf. Hotting. *Hiſt. Orient. p. 152.* Seldenus *de Dis Syr. p. 249. 253.* Pokokius *p. 89. 107. Alozzam*, Idolum Koraiſchitarum, ad qvod è medio tollendum miſſus à Muhammede *Chaledus* diruit domum, ſimulachrum autem ſeu arborem exci-

exciſam combuſſit & Dæmoniſſam qvandam paſſis crinibus, manuqve capiti, lugentis more, impoſitâ, inde egreſſam & præ dolore exclamantem gladio percuſſiſſe fertur. Conf. Edw. Pokoke *p. 91. Menath*, idolum ligneum tribuum *Hodaili* & *Choziah*, à *Saado* tandem demolitum, cum qvo Pokokius *p. 92.* vocem מני *Meni*, qvæ *Eſa. 65. 11.* occurrit, confert: *Waddum* viri, *Sawam* fœminæ, *Jaguthum* leonis, *Yaükum* eqvi, *Naſrum* aqvilæ ſpecie cultos à diverſis eſſe qvidam exiſtimant: Coluerunt porrò *Cubaram* ſeu Venerem, de qva Hotting. *Hiſt. Orient. p. 230.* & Voſſius *de Idolol. gent. l. 2. p. 467. Schoms* ſeu ſolis effigiem colebant *Hamyarenſes*; *Saad*, idolum ex oblongo Saxo alii; qvidam *Aſafum* ſub viri, qvidam *Nayelam* ſub fœminæ figura; *Soairum* ab igne dictum *Anzitæ*; *Duſari*, idolum *Dauſenſium*, qvibusdam *Martem*, aliis *Jovem*, aliis *Bacchum*, expreſſiſſe videtur: *Hobal*, idolum famoſiſſimum Arabum virum ſeptem ſagittas manibus tenentem referebat: *Cenanæos* lunam, *Miſamæos* oculum Tauri (ſidus) *Lachamæos* Jovem, *Tajitas* ſtellam Canopum, *Kajitas* Syrium, &c. coluiſſe narrat Abul-Farajius *p. 4.* Complurimos qvoqve habebant DEOS, qvorum nomina interciderunt: talis ille DEUS erat, qvem cum referente *AlFirauzabadio* vulpes urina conſpurcarent, ira accenſus ædituus idolum confregit; tale *Haniſidarum* idolum è maſſâ confectum, qvod urgente annonæ caritate cultores devorârunt. Imò fermè unaqvælibet familia Saracenorum peculiarem

arem Deum peculiaresqve penates habebat. Circa *Caabam* seu templum urbis Meccæ, teste *Aljannabio*, erant idola trecenta & sexaginta, qvorum præcipuum *Hobal*, adeò ut Saracenis singulis diebus singula, si liberet, numina invocare liceret, aut singulos fermè totius anni dies ab idolis denominare. Prolixiùs autem de idolis Saracenorum egit Pokokius *ad Abulf. à p. 89. ad. 137.* Sed cum Muhammed spargeret passim sua dogmata, nomen suum tandem etiam ipsi Turcæ dederunt. Magna inter eos fuit autoritas Salghucidarum, qvos inter *Togrulbecus* & Dacacus, qvorum hic primus ex Turcis Muhammediſmum amplexus fuit *Seculo XI.* ut refert Hottingerus *Histor. Eccles. p. 549. 451. &c.* atqve ex eo tempore Turcæ acerrimi Muhammediſmi evaserunt hyperaspistæ.

CAPUT II.

DE PERSARUM ET TURCARUM CONSENSU.

Th. 1. Hic non immorabimur amplius antiqvis utriusq; gentis recensendis superstitionibus, sed ad exponenda moderna Persarum & Turcarum in Muslimiſmo dissidia nos accingemus. Ut vero de dissensu eò meliùs judicare qveamus & opposita inter se posita magis eluceſcant, *συμεθοδία* postulare videtur, ut primò exponamus præcipua eorum capita, in qvibus *ὁμοθυμαδὸν* consentiunt & qvæ eodem fervore defendunt.

Th. 2.

TH. 2. Utriqve itaqve *Muhammedem*, qvi & *Achmed* & *Abulkaſim* & *Sabi* & *Muſtapha* dicitur, pro vero & catholico Apoſtolo, præſtantisſimo Propheta & Scriptore, θεοπνεύςῳ habent. De *Turcis* nullum dubium. Dicunt illi *Angelos cognoviſſe Mohammedem & præſtantiam ejus, antequam notum haberent Adamum.* Et duo circumferuntur Muhammedis dicta: *Ego fui Propheta, cum Adamus adhuc inter aqvam & lutum eſſet.* Item: *Primum, qvod creavit DEus, erat lux mea.* Conf. Pokokius *l.c. p. 168.* Et teſtatur Joh. Jac. Breuning. *in Itin. Orient. p. 14.* capital eſſe in Turcia cuivis ſive Chriſtiano ſive alii, ſi Muhammedis Prophetiam falſam eſſe dicat, talemqve nullo λύτρῳ redimi poſſe, niſi Muſulmannus ſive Mamlucus fiat. Ex *Perſis* hic allegamus *Muslah Eddinum Sadum*, celeberrimum eorum ſcriptorem, cujus *Kuleſtân* CL. Georg. Gentius Latinè & Olearius Germanicè reddidit, qvi *ex edit. Gent. p. 5.* hæc ei tribuit honorifica epitheta, appellatqve eum:

מפיע מצאע נבי כרים

קשים גשים בשים ושים :

Intercеſſorem, verendum, vatem, liberalem, Diſtributorem, potentem, ſvavem, ſigniferum.

Signiferum eum inde vocat, qvia tradunt Muhammedani *Bohairam* Monachum Muhammedem puerum una cum patruo Abu Talibo Damaſcum venientem hoſpitio excepiſſe: & cum omnia futuri vatis ſigna in illo deprehendiſſet, tan-

Digitized by Google

tandem rogâſſe Muhammedem, ut ſcapulas retegeret, qvo facto verum Prophetæ ſigillum ſtigmate qvaſi inuſtum reperiſſe & ipſi plenum aſſenſum adhibuiſſe dicitur. Nobiliſs. Olearius addit Perſas adſerere, in ſigno illo nomen Ali expreſſum, & ſic iſtum in ipſo Muhammede pro ejus vero ſucceſſore deſignatum fuiſſe, im Roſenthal *ad præf. Sadi.*

Th. 3. Pari qvoqve veneratione utriqve proſeqvuntur *Alcoranum* eumqve ut munus θεόδοτον multis elogiis extollunt. Et *Turcas* qvidem Alcoranum devotè oſculari refert *Leunclavius Hiſtor. Muſulm. pag. 297.* & Chriſtianum ipſi inſidentem capital admittere narrat Busbeqvio *Epiſt. p. 28.* Qvin & capitale Turcis eundem Chriſtiano vendere, ſi credimus Georgiewizio *de moribus Turcarum p. 25.* Periculoſum certè hoc eſſe & F. Bartoni & ſuo ipſius exemplo probat Hottingerus *Hiſt. Orient. p. 313.* indignum enim exiſtimant Turcæ, tàm præclarum munus Dei immundis Chriſtianorum manibus pollui. Et qvomodo aliàs tàm fœdum ἔκτρωμα honorent & delicatè habeant, teſtantur Bibliander *Præf. in Alcor.* Erpenius *in Sur. Joſephi*, J. H. Wallich. *de Relig. Turcica p. 2.* & alii. Qvod ad *Perſas*, Musladinus *Roſ. p. 506.* Alcoranum appellat *cælo demiſſum:* & αὐτόπλης Olearius Mollam ſeu Pædagogum devotè Alcoranum oſculatum eſſe refert, *Hodœp. p. 433.*

Th. 4. Qvod verò ad Scripturam Sacram, ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ addamus, eam utriqve agnoſcunt

ſcunt pro verbo DEI, qvia ipſe Muhammed hoc concesſit. Hinc in confesſione fidei orthodoxa *Algazalii dicitur:* ואן אלקראן ואלתריה ואלאנגיל ואלזבור כתבה אלמנזלה עלי רשלה i. e. *Alcoranum lex, Evangelium & Pſalterium ſunt libri à DEO demisſi ſuper Apoſtolos ipſius.* Imo & ipſi Muhammedi in S. Scriptura patrocinium & de ejus adventu vaticinia qværunt. Loqvitur hac de re Abulfarajius *p. 15. Porrò perhibent Muſulmannorum ſapientes mentionem ejus* (Muhammedis) *factam eſſe in ſcripto à DEO demiſſo.* In lege *videlicet in illo textu* (Deut. 33. 2.) Venit DEUS à Sina & ortus eſt à Seir & manifeſtatus eſt à monte Paran: *qvibus indici dicunt deſcenſum legis ad Moſen, Evangelii ad Jeſum & Alcorani ad Muhammedem. Sic & in* Pſalmis *illo textu* (Pſ. 50. 2.) Manifeſtavit DEUS è Sione coronam laudabilem (aklilan Mahmudan) *ubi per coronam indigitari ajunt reguum, per Mahmudan, Muhammedem. In* Evangelio *qvoqve ille textu* (Joh. 16.) ſi ego non abeam, Paracletus ad vos non venit. Qvod ad hunc ultimum locum ad eum digitum intendit ipſe Muhammed *Sur. 61.* dum ait: קאל עיסי אבן מרים יא בני אשראיל אני רשול אללה אליכם מצדקא למא בין ידי מן אלתוראה ומבשרא برسولاتي من بعدي اسمه احمد: i. e. *Dixit Jeſus, filius Mariæ: ô filii Iſraël, ego ſum Apoſtolus DEI ad vos, ut verificem, qvam habetis legem & annunciem Apoſtolum*

lum venturum poſt me, cui nomen erit Achmed, i. e. Muhammed, qvi ex eodem themate etiam *Achmed* vocatur. Ubi unqvam hoc legitur? *Excutiant*, inqvit Hottingerus, *omnes totius orbis forulos, conferant primæ, mediæ, ultimæ ætatis N. T.* ἀπόγραφα, ἀπογραφα, *Translationes, & vel leve, manifeſtæ hujus in DEum & Chriſtum ejus, blaſphemiæ, veſtigium oſtendant. Hiſt Orient. p. 10.* Ad locum tamen *Joh. 16.* hic à Muhammede alluſum eſſe dicit *Achmed Ibn Edris*, qvi contra Chriſtianos ex profeſſo egit. Et *Aljannabius*, citante Pokokio *p. 185.* inter alia Impoſtoris nomina ſeu titulos etiam refert פארקליט *Paracletus.* Sed unde Achmed? Reſpondent pleriq; Muhammedani hoc nomen à Chriſtianis eraſum eſſe. Idem Aljannabius refert *Mohammedem* qvendam *Alſelencium*, à Sacerdote qvodam magni inter Chriſtianos nominis, didiciſſe, nullibi extare Evangelii Exemplar incorruptum, qvàm apud ſe unum ac Pariſiis alterum, atqve in ſuo eum multa coram ipſis legiſſe, in qvibus multa & perſpicua de Mohammede narrarentur. Sic etiam ipſe Muhammed & qvivis Muhammedani Scripturam à Judæis & Chriſtianis corruptam eſſe aſſerunt. Verùm qvis erit innocens, ſi accuſâſſe ſufficiat? Cl. Golius *ad Gram. Erpen.* conjicit Muhammedis fortean orbilium pro ⲫⲓⲗⲁⲛⲑⲣⲱⲡⲟⲥ legiſſe ⲫⲓⲗⲟⲥ, i. e. *Famoſus, Celebris*, ad qvam ſignificationem accedit vox Arabica אחמד, qvæ verti poteſt: *Laudabilis, celebris.* Qvam ſententiam ſuo relinqvimus loco;

Muham-

Muhammedem v. in mentiendo omnem deposuisse pudorem novimus.

TH. 5. Porrò nullus est dissensus inter Persas & Turcas in *Theologia pure Alkoranica*, seu in iis dogmatibus, qvæ κατὰ ῥητὸν ex *Alcorano* deduci possunt, qvorum summa enumeravimus capita *Diss. præcedenti Th. 22.* qvare de illis hic solliciti non erimus, sed eorum in ritibus Ecclesiasticis & sacro cultu harmoniam in seqventibus ostendemus.

TH. 6. Utriqve agnoscunt summum in sacris Antistitem sive Pontificem. *Persæ* qvidem suum appellant *Sedder*, à qvo & Rex & alii tam in controversiis circa religionem ortis, qvàm in judiciis civilibus responsa tanqvam è qvercu Dodonæa petunt: de eo ita Olearius *Hodœp. p.* 674. Der Seder ist das geistliche Ober-Haupt/ gleich wie in der Catholischen Kirchen der Pabst/ er wird vom Könige und Kali erwehlet / muß der Gelehrteste seyn / den Alkoran und die Gesetze aus demselben wohl verstehen / und wenn er/ nicht nur allein in geistlichem / sondern auch im weltlichen Gerichte/(am meisten aber in Criminal-sachen) gefraget wird / seine Meynung sagen können. Nach dessen Außspruch werden auch die Urtheil gefället. Etliche Urtheil verfasset der Seder selbst / und setzt sein Pitschafft auff die andere Seite / und schickt es also zum Könige / welcher unterschreibet: **Diß ist die Meynung des Seders/** welche wir bekräfftigen: und drückt sein Gerichts-Siegel darunter.

Is

Is etiam publica authoritate ea inhibere potest, qvæ religioni sunt contraria, ut idem refert *p. 577.* Idem qvoqve curam gerit omnium *Madreshæ* seu Academiarum in Persia, qvarum novem præcipuæ & celebriores sunt istæ : *Isfahanensis, Schirasensis, Ardebilensis, Meschedensis, Tebrisensis, Casbinensis, Komensis, Jestensis & Schamachiensis.* Conf. de eodem Tavernier *Itin. Pers. l. 5. c. 11.* Sic & Turcæ habent suum *Mufti*, i. e. *Doctorem*, summum nimirum & generalem. Cum enim antea *Chalifæ* seu priores Muhammedis successores in Politicis & Ecclesiasticis ita se gererent, ut in utroqve genere ipsi exeqverentur qvæ agenda erant, adeò ut, teste Elmacino, etiam conciones sacras haberent; postea autem Arabum Imperio ad Turcas translato Imperatores negotiis publicis occupati, sacra tractare ulterius vel non potuerunt vel noluerunt, qvare elegerunt Antistites & omnium controversiarum circa religionem judices. Hos cum Pontifice Romano plerumq; comparare solent Gisb. Aug. Busbeqvius *Ep. 1. p. 32.* ait: *Mufti apud Turcas est Sacerdotum supremus, ut apud nos Romanus Pontifex.* Sic Georg, Dousa *Epist. de Itin. Constantino p. p. 27. Mufti* מפתי *eam apud Turcas authoritatem obtinet, qvam apud Latinos Papa.* Et Adam Wennerus *Itinerar. Constantinop. p. 56.* Der Mufftі ist bey den Türcken/ wie sonsten bey den Catholischen der Pabst / (ausser daß die Erwehl- und Einsetzung beym Türckischen Keyser stehet/) und das Haupt in allen/ so

wohl Geiſt- als weltlichen Sachen / ihr Geſetz/ Religion/ Gericht und Recht betreffend. Conf. Fabritius *Spec. Arab. p. 97.* L' Empereur *ad Jacchiad. in Dan. p. 61.* & *ad Itin. Benjam. p. 182.* Hottingerus *Hiſt. Orient p. 284.* Leunclavius *Hiſtor. Muſ. p. 889.* Cotovicus *Itiner. Hieroſolym. p. 167.* Breuningius *Itin. Orient. p. 62. &c.* Et ut de peculiari ejus ἐξοχῇ luculentiùs conſtet, hic recenſebimus ordinem officialium Turcicorum extra *Sarajum* ſive aulam Sultani, qvi talis eſt: 1. מפתי *Muftius.* 2. Tres ſupremi קאצילר *Kadſiler*, vulgò *Cadi-Oſcher*, Ἀρχιερεῖς præcipui Judices, qvos Breuningius confert cum Cardinalibus. וזיר בש *Vezir-Baſſæ*, qvorum primus & ſupremus וזיר עסים *Veſir Aſim*, vulgò *Grand-Vezir* ſeu *Primo-Veſir.* 4. Tres בכלרבך *Beglerbegi*, Romaniæ nimirum ſeu Græciæ, Anatoliæ ſeu Aſiæ & Maris. 5. Tres *Diphterdarii* ſeu Ærarii Præfecti. 6. ריש כתאב *Ris Kitâb*, Vice-Cancellarius. 7. *Agalar*, Agæ ſeu Tribuni. 7. אמיר עאלם *Emir Alem* ſeu ſupremus Vexillifer, qvi omnibus *Beglerbegis* & *Sanzachegis*, cum creantur, vexilla porrigit. 9. *Tſausbaſſi* ſeu Præfectus Tſauſſiorum, qvi nobilibus aulicis æqviparantur: &c.

TH. 7. Utriqve præter Sacerdotes, qvi apud Turcas vel illiterati & *Talismanlar* vocantur, parum vel nihil à laicis differentes, qvos Busbeqvius *p. 26.* potiſſimum ab officio ad preces convocandi deſcribit, qviqve magno numero in *Moskéis* ſeu *Mesgidis* reperiuntur; vel literati

&

& חגרים *Hoggiæ* dicuntur, qvi præcipuè Alkoranum interpretantur & pueros qvoqve informant; Conf. Georgiewiz *de moribus Turcarum p.* 21. Sic Perſæ præter *Mollas* ſeu Sacerdotes, qvi itidem ſimul pædagogi eſſe ſolent, habent ſuos Monachos, qvos utrinqve דרויש *Denwiſch* appellant. Turcarum Monachos in tres præcipuè ordines divisos eſſe ſcribit Georgiewiz *l.c.p.22.ſ. Non deſunt illis*, ait, *Monachi*, Dervislar *vocati varii qvidem ac in primis triplicis ordinationis. Primus ordo talis eſt, qvi nihil proprii habet: qvaſi nudi incedunt, præter pudenda pellibus ovinis tecta, & tempore frigoris ad cooperiendum dorſum ſimiliter pelle utuntur: latus, manus, pedes & caput nullo prorſus tegunt veſtimento: exigentes eleemoſynam, tàm à Chriſtianis qvàm à Turcis* Alahici *petentes, qvod ſignificant* Propter DEum. *Hi devorata herba Maslach vocata in rabiem aguntur, adeò ut per pectus totum in transverſum vulnus ducant, itidem per brachium nullo dolore ſimulato, & fungum arborum incenſum capiti, pectori, manui ſuperpoſitum non removent, donec in cineres reſolvatur. Aliud genus vidi, qvi incedunt pertuſa verpa vel mentula, & incluſo annulo æneo trium librarum à coitu diſcluſi, ob ſervandam caſtitatem. Tertium genus rarò egreditur, ſed manet die noctuqve in templis, habentes in angulis templorum tuguriola: ſine calceamentis, veſtimento, diſcooperto capite, nihil geſtantes præter unam camiſiam, multis diebus jejunii orantes, ut Deus ipſis futura revelet, qvos rex Turcarum bella moturus*

turus conſulere ſolet. Conf. Chriſtoph. Richerius *de moribus & Inſtitut. Turcarum p. 110.* Breuningius *Itin. Orient. p. 63.* Differre etiam eos in habitu & unumqvemqve portare ſignum ſuæ profeſſionis refert *Septem-*|*Caſtrenſis* Monachus *de Turcarum moribus c. 13. Si enim*, inqvit, *videris aliqvem in capite ferre pennas, denotat eum meditationibus & revelationibus deditum eſſe. Si portat habitum conſutum variorum colorum peciis, ſignificat paupertatem. Illi qui inaures portant in auribus, ſignificant ſe obedientes eſſe in Spiritu propter raptuum freqventiam. Portantes catenas in collo vel in bracaiis, denotant violentiam vel vehementiam, qvam habent in Ecſtaſi.* Idem varia habet de qvorundam mira abſtinentia à cibo & potu, perpetuo ſilentio, inſanis ſaltationibus & corporis circumgyratione, &c. Conf. & J. H. Wallichius *de Relig. Turc. p. 71.* Apud Perſas primò celebres ſunt *Abdallæ*, qvi & ob luxum & gulam קלנדראן *Kalenderan* ab iis vocantur, qvosve Nobiliſs. Olearius im Roſenthal *p. 163.* ita depingit: Es ſeynd die Abdallen eine ſonderliche Art Leute in Perſien / ſo die Türcken nicht haben / faſt wie Münche / man könte ſie Marck- und Lügen-Prediger nennen; Denn ſie treten auff den Marckt / ruffen das Volck zuſammen / welche auch willig kommen / und ſich in einen Kreiß um ihn herum ſetzen; Denn rühmet er ihres Heiligen Aaly Leben / Lehre und Wunderwercke / ruffet und ſchreyet überlaut als bey uns die Qvackſalber / ein ſolcher / wenn er alſo

über

über eine halbe Stunde geplaudert / werffen die Zuhörer ihm Geld zu / das verfrist und versäuft er / gehet dann auff einen andern Platz in der Stadt / und macht es wie zuvor. Sie gehen schlecht gekleidet / etliche fast gar bloß / haben nur ein rauch Fell um sich / wie man bey uns den Täuffer Johannes mahlet; um den Leib eine Schlange von Ertz / soll ihre Weißheit bedeuten / mit welcher sie von ihren Meister / der sie zu Abdallen macht / begabet. Und das ist ihr Waapen / gleich wie der Lorbeer-Krantz der gekröneten Poeten bey uns. Haben ingemein ein Beil oder hölzern Scepter in der Hand / welches sie mit mancherley Bewegung und Geberden unter den Reden herum schwingen. Horum verò neqvitiam horrendo exemplo ostendit idem Olearius *Hodœp. p. 685.* Aliàs etiam Persæ habent suos *Derwischan*, horumqve diversos ordines. Qvidam enim ut Eremitæ describuntur ap. Musiad. *p. 122. 300.* qvidam ab abstinentia à cibu & potu cumprimis commendantur, ut ille qvi alterno tantum qvoqve die comedebat, ap. eundem *p. 240.* & alius, qvi foliis arborum victitabat *p. 200.* & licet qvidam cœlibes sint, alii tamen uxorati describuntur *p. 416* Plura de iis passim habet Musladinus, præsertim *c. 2. de moribus Dervischân seu Monachorum.*

Th. 8. Utriqve feriantur diem Veneris : qvi ab utrisqve dicitur אלגמעה dies *Tsumeh* seu congregationis, cui & Muhammed *Suratam*, numero 62. destinavit. Magnis eum utrinqve efferunt laudibus & שר אלאיאם *principem die-*

dierum appellant. *Algazalius* ait hunc diem à DEO *velut honoris prærogativam Islamismo concessum & Musalmannis proprium factũ esse*. Et commenrator Alcorani, citante Warnero *p. 27.* scribit: אן אללה פצר מן אלמארן מכה ומן אלשהר רמצאן ומן אלאיאם אלחמעה i. e. *DEum inter urbes extulisse* Meccam, *inter menses* Ramadanum (jejunii) *inter dies* Veneris *diem*. Imò & eô diem judicii futurum esse autumant. Sic enim idem commentator: *Qvare DEus elegit diem Veneris? Resp. Qvia eo primùm ortus est Sol, eo creatus est Adamus, eo positus est in Paradiso, eo ejectus in terram, eo dies judicii apparebit.* Neqve tamen totum diem Veneris feriando transigunt, verùm peractis precibus & solennibus ad svetos labores revertuntur. De Turcis ita refert ἀυτόπτης Breuningius *p.61.* Es wäret allein der Sabbat Vormittag / so lang müssen sie von ihrer Arbeit und Handthierung ablassen / die Krâm-und Kauffmañs-Läden beschliessen / deñ keiner inmittelst seine Laden eröffnete / da er auch wüste aller Welt Guth zu gewinnen. Nachmittag aber / so bald das Gebet oder Salam geschehen / ist der Freytag aus / und gehet ein ieder seinen Geschäfften nach. Eadem habet Fabricius *Spec. Arab. p. 16.* Multa superstitiosè huic diei reservant & inter cætera nugantur eo die ungves præsecandos esse, *qvi enim die Veneris ungves præciderit, illũ DEum morbo liberatum sanitati restiturum esse*, referente Pokokio *ad Abul Far. p. 317.*

TH. 9.

Th.9. Utriqve circumcisionem religiosè observant; eandem verò non peragunt die octavo more Judæorum, sed ad aliqvot annos differunt. De Saracenis ante Muhammedem refert Fl. Josephus Ἀρχαιολ. *l. 1. c. 12.* qvod circumciderint se anno ætatis 13. qvia eo Ismaël circumcisus legatur *Gen. XVII. 24.* Cum qvo consonare videtur *Ebnol Athir* Arabs, scribens, Arabes Muhammede antiqviores *circumcidere se solitos fuisse certo tempore intra decimum & decimum qvintum ætatis annum.* Hodie verò illud ætatis tempus neqve à Turcis neqve à Persis observatur. De *Turcis* ita refert Breuningius *l. c. p. 73.* Die Türcken nennen ihre Beschneidung Tsuneth, welche sie mit ihren Kindern nicht vornehmen am achten Tage/wie die Jüden/sondern im vierdten/ fünfften/ siebenden und achten Jahr / wiewohl sie es bißweilen länger einstellen / biß etliche in der Nachbarschafft zusammenkommen / und zugleich beschnitten werden/ wie denn auch gemeiniglich geschicht / daß sie mit ihren Kindern des Groß-Türcken Sohnes Beschneidung erwarten. Ehe aber wird die Beschneidung nicht fürgenommen/ das Kind kan denn reden / und die Wort sprechen/ so in den Moskeen (Kirchen) stehen/(non est Deus nisi Deus &c.) Ritum circumcisionis compendiosè describit Georgievviz *de morib. Turc. p. 17. Primò convocatis amicis ad convivium, qvibus satis delicata parantur fercula, ex omni genere carnium, qvo ipsis vesci licet, & passim(ut apud ditiores) bos cæditur, in hunc excoriatum &*

exenteratum includunt ovem, in qva gallinam & in illa ovum, qvæ integra assantur ad splendorem illius diei. Deinde inter epulas tempusqve cœnæ adducitur puer circumcidendus, cui Medicus illius artis glandem retegit, & replicatam pellem forpiculis apprehendit: deinde qvo metum adimat puero, ait se in proximum diem circumcisionem peracturum, atq; ita discedit: mox simulans, qvasi omissum aliqvid esset qvod ad præparationem attinet, ex improviso præputium abscindit, vulneri parum salis & bombasini apponens: jam vocabitur Musulmann, *i. e. Circumcisus* (potius orthodoxus seu fidelis) *& die circumcisionis non induntur illis nomina, sed ipso die natali, cum in lucem eduntur.* De his & aliis circumcisionis solennibus, ejus convivio, circumcisi lotione, & muneribus variis ipsi exhiberi solitis conferantur Sionita *de Urbib. & mor. Orient. p. 78.* Joh. Cotovicius *Itin. Hierosol. & Syr. p. 125.* Christ. Richerius *p. 120. seqq.* Joh. Wildius *Itin. l. 3. c. 28.* & alii. De *Persis* breviter ita scribit Olearius *Hodœp. p. 676.* Sie beschneiden ihre Kinder erst im siebenden/ achten und neundten Jahr / da man sie denn mit süssen Getränckе trunckен macht / daß sie die Schmertzen in Abnehmung der Vorhaut nicht fühlen.

TH 10. Utriqve singulis diebus vi religionis suæ qvinqvies in fano publico seu *Mesgida* (à qva ceu minori templo majus, qvod *Tsumam* vocant, distingvunt) nisi legitime impediantur, (tunc enim ubiqve locorum orare possunt) orare tenentur. Hæ preces Horariæ, ad qvas

ab

ab *Hoggiis* Turcæ, Perſæ autem à *Moedſinis* ſuis excitantur, à *Turcis* juxta Cotovicium vocantur: *Aſcher, Adorh, Aſſeru, Magreb, Aleſcher*; juxta alios verò: *Sabba Namas, Ulli-Namas, Scienti-Namas, Achtſam-Namas, Jaſci-Namas.* Idem *Cotovicius* ſcribit primas preces ab iis fieri ante ortum ſolis & continere qvatuor *Erket* & 2. *Chalamath*: *Erket* autem illi notat geminam proſtrationem, *Chalamath* ſecretam orationem, qvæ poſt proſtrationē recitatur: ſecundas preces circa meridiem continere decem proſtrationes & 5. *Chalamath*: Tertias poſt meridiem 8. proſtrationes & 3. *Chalamath*: Qvartas ſole occid. 5. proſtrationes & 3. *Chamalath*: Ultimas circa mediam noctem (vel, juxta alios, cum ſe cubitum conferre ſolent) 15 proſtrationes & 8. *Chalamath*. Confer tamen hic etiam Sionitam *p. 78.* Busbeqvium, *Epiſt. p. 26.* Wallichium *de Relig. Turc. p. 27.* Richerium *de Inſt. Turc. p. 104.* Totidem precum horas obſervari à *Perſis* teſtatur Olearius im Roſenthal *p. 143.* Sie halten / oder ſollen doch ihrem Geſetz nach halten des Tages fünffmahl Betſtunden / entweder in der Kirchen oder zu Hauſe. Das Frühe-Gebet wird Aſcha genannt / geſchiehet gegen den Morgen. Et *in Hodœp. p. 682.* Die Perſer gehen / oder ſollen doch gehen fünffmol zum Gebet. Frühe mit Auffgang der Sonnen / gegen den Mittag / Nachmittag / um den Abend / und wenn ſie ſchlaffen gehen. Et licet in certis precum ceremoniis Perſæ à Turcis diſcrepent, conſpirant tamen in hypocritica devotione & externa vehementia. De *Turcis* ex ἀυτόπται ita refert Fabricius *Spec. Arab. p. 16.* *Non ſolum*

corde & ſpiritu, ſed & tota corpore totisq; viribus divinum nomen laudandum & colendum autumant. Hinc nonnulli tanta feſtinatione (qvâ inter ſe certant) *& clamore* La ilaha illha allaho &c. (non eſt Deus niſi Deus) *repetunt, ut verba illa amplius proferre neqveant* (vociferationem verbo *Hou, Hou*, terminantes, ut ait Cotovicius) *qvidam clamorem hunc in tantum protrahunt, ut nimio qvandoq; clamore feſſi, ſpumam alii ex ore emittant, alii ob vim ſibi clamoribus illatam facie nigreſcant, & velut ſemimortui in terram labantur. Exiſtimant enim his corporis afflictionibus DEUM maximè placari; Imò qvo majorem ſibi qvis vim inferat, eò ſe gratiorem fore Deo arbitratur.* Conf. Cotovicius *Itin. p. 158.* De *Perſis* ſimilia fermè narrat Olearius *in Hodœp. p. 682.* Sie laſſen groſſe Andacht bey ihrem Gebet verſpüren; Wenn wir offtmals zu Iſpahan in der groſſen Metzid Mehedi für ſie vorüber gangen / haben ſie niemand anſehen wollen / ſondern ſtets die Augen nieder / und auffwärts gegen Himmel geſchlagen / wie es ihr Gebet erfordert. Etliche beten und ruffen in ihren Häuſern mit ſolchem Eifer / und ſo lange / biß ihnen der Odem entgehet / und ſie gleichſam in Ohnmacht niederſincken; Wie ich denn ſolches zu Schamachie / in unſers Nachbarn Hauſe / gehöret / daß einer lange und überlaut gebetet / und endlich nicht mehr als nur (Hakka, Gott) wohl funffzigmahl wiederholete mit heiſcherer und hinſinckender Stimme / daß man ihn endlich nicht mehr hören kunte. Die armen Leute meynen / daß ſie alſo

ſtracks

ſtracks von Mund auf gen Himmel fahren kön-ten. Utriqve deniqve in precibus qvandoqve uſurpant ſphærulas, qvales Pontificii vocant Pa-ter Noſter. De *Turcis* id refert Breuningius *p. 108.* Sie gebrauchen ſich gleich wie im Pabſtthum der Pater Noſter/ von ihnen Thesbich genant/ von gelb oder ſchwartzen Agtſtein/ oder auch von Holtz. Ein ſolch Pater Noſter hat drey Under-gemerck/ in iedem Theil ſind dreiſſig Päterlein/ &c. Conf. & Wallichius *de Relig. Turc. p. 48.* De *Perſis* res certa ex Musladino *Roſ. p. 437.* cujus ver-ba ſic vertit Cl. Gentius: *Avaritiæ vultum à mor-talibus deflectas, ſi vir es; Milleq; granorum ſphæ-rulas precatorias manibus ne verſes.* Dn. Olea-rius autem: Was wirſtu endlich groß darvon bey Leuten gewinnen/ wenn du ſchon zum Schein der Heiligkeit tauſendmahl dein Pater Noſter in der Hand herum dreheſt? Qvi *in Hodœp. p. 683.* de iisdem ſphærulis ſeqventia habet: Etliche ge-brauchen auch im Beten ein Pater Noſter/ welches ſie Möher Thesbih (תשביח) nennen/ hat kleine Knöpff/ welche dreymahl von groſſen Knöpffen unterſchieden ſeyn/ an welchen ſie gar auff eine andere Art/ als die Catholiſchen Chri-ſten beten.

Th. II. Utriqve ſtrictè obſervant menſtruum jejunium *Ramadani*, licet aliàs qvædam ſponta-nea qvoqve jejunia habeant. Illud verò magnum jejunium, per totum menſem *Ramadan* propterea inſtituunt, qvod eo menſe Alcoranus ad Muham-medem in nocte potentiæ, qvam vocant, demiſ-

ſus

sus fuerit. In ejus ergò mensis laudes immodicè Muhammedani excurrunt: eo enim ajunt aperiri portas Paradisi & occludi portas Gehennæ: graveolentiam oris illo mense jejuni, DEO gratiorem esse odore mosci. Conf. Pokokius *ad Abulf. p. 308. Turcæ* menstruum illud jejunium vocant *Orutz* & inchoant id tempore novilunii mensis *Ramadan. Cum jejunant*, referente Georgiewizio, *tota die nihil gustant, ne panem qvidem aut aqvam. Deinde visa stella, licet illis omnia manducare præter suffocatum & carnes porcinas &c. p. 14.* Lubet etiam adjicere hîc verba Adami Wenneri *Itin. Constant. p. 59.* Dreissig Tage über haben die Türcken ihre Fasten gehabt. Sie fasten solche dreyssig Tage also / daß niemand unter ihnen / ausser was kleine Kinder und Krancke seyn / vom Morgen an / biß die Sonne untergangen / und die Sterne am Himmel sich erzeigen / weder Speise noch Tranck geniessen darff / besuchen sonderlich diese Zeit über fleissig ihre Kirchen / geben auch / wie sonsten / so wohl Hund und Katzen / als den Menschen / gerne Almosen &c. Jejunio autem per diem absoluto totas noctes pergræcantur sæpius, & licet vino abstineant, potu tamen Kavæ largissimè se ingurgitant. Conf. Joh. Andreas *Confus. Sect. Muham. p. 27.* Cotovicius *Itin. Hierosol. & Syr. p. 161.* Busbeqvius *in Epist. 189. seqq.* Joh. Huld. Wallichius *de Relig. Turc. p. 62. seqq.* Joh. Wildius *Itin. l. 3. c. 17.* De *Persis* verò conferendus est Olearius, qvi de eorum jejunio *Hodœp. p. 683.* hæc tradit: Die Perser halten auch eine Vierwochentliche Fasten / Rusch /

Ruſch/ oder wie ſie es gemeiniglich auff Türckiſch nennen/ Orutz/ welche nach dem Geſetz Mahumeds im Monat Rameſan/ mit dem neuen Liecht muß angefangen und geendiget werden / da ſie dann vom Auffgang der Sonnen biß zum Niedergang weder Eſſen noch Trincken zu ſich nehmen. Hernach aber mügen ſie die Nacht über leben wie ſie wollen/und legen ſich gegen den Morgen mit vollem Bauch ſchlaffen/ können alſo leicht aus dem Tage Nacht machen / und die Faſten wohl halten.

Th. 12. Utriq; abſtinent vel certè vi legum abſtinere debent vino, cujus uſum qvippe Muhammed in Alcorano *Sur. 2. verſ. 220.* his prohibet verbis: *Rogabunt Te de vino & luſu: reſponde ipſis, in ambobus eſſe peccatum grande.* De *Turcis* conf. Georgiewiz *p. 64.* & Busbeqvius *p. 15. & 222.* qvi etiam refert exemplum qvoddam de ſene vociferante qvoties vinum biberet, qvaſi hoc pacto animam ſuam moniturus eſſet, ut in locum qvendam corporis tutiorem ad tempus ſecederet. Si tamen vinum faucibus ſemel illapſum fuerit, ipſos cum hac ſua religione inducias facere teſtatur, idem *p. 192.* Sic & de *Perſis* refert Olearius, qvod qvidem vino de jure abſtinere teneantur, addit verò eos, cum inſatiabili vini appetitu capiantur, legem tamen ſuam ſimul adimplere ſatagant, paſſim tàm in urbibus qvàm pagis Armenis Chriſtianis vini culturam permittere, ab iisdemqve vinum poſteà coëmere; qvaſi legi ſatisfactum eſſet, ſi ipſi

ſi ipſi vinum non præparent. Vid. *Hodæp. p. 577.* Uvæ tamen utrinq; ad eſum permittuntur.

TH. 13. Utriqve porrò abſtinent ſangvine & carne porcina: qvæ duo itidem ipſe Muhammed *Surat. 6.* his prohibuit verbis: *Non reperio, qvid mihi in eo, qvod revelatum eſt, ſit interdictum, ut eo veſcatur qvispiam, niſi morticinium, aut ſangvis effuſus aut caro porci abominanda, aut ſi qvid in honorem idoli fuerit oblatum.* De *Perſis* qvidem luculenter loqvitur Olearius *Hodæp. p. 569.* additqve ex Paraphraſte Alcorani Perſico rancidiſſimam fabulam, qvomodo porcus in arca Noæ ex fimo ſeu excrementis elephanti prognatus & hinc abominandus ſit, qvam etiam vide apud Frat. Richardum *Ref. Alk. p. 84.* De *Turcis* confer Georgiewizium *p. 64.*

TH. 14. Utriq; ſolenniter celebrant *Bairam* ſive Feſtum *Kurban* in memoriam Abrahami, qvem exemplo Impoſtoris ſui turpiſſima ἀνιεροθυσία tradunt Iſmaëlem DEO in ſacrificium offerre voluiſſe. *Turcæ* qvidem finito jejunio ſuo menſtruo primò celebrant ſuum *Ulu-Bairam* ſeu magnum feſtum reſpondens noſtro Paſchati, novilunio menſis ſeqventis, nimirum *Schaival.* Ita enim Ulug Beigus, Tatarus, *de Epochis Orient. p. 99.* עורח שואל עיד פטרשרח i. e. *Novilunio Schaival feſtum Paſchatos* (Mohammedici) *eſt.* Continuant id per triduum, manè qvidem cultui divino utcunqve vacantes, poſteà verò totum diem epulis, tripudiis, facetiis conſumentes.

Conſ.

Conf. Cotovicius *Itin. Hieroſ. p. 164.* Breuningius *Itin. Orient. p.62.* Joh. Wildius *Itin. l. 3. c. 17.* Poſt duos verò menſes celebrant ſuum *Cudſchuck-Bairam*, qvo inter alia ſolennia, ſacrificia ſive victimas offerunt, eas tamen non comburentes, ſed inter pauperes diſtribuentes. Das ander Feſt/ ait dictus VVildius, wird genant Cudſchuck-Wairam/ das gefällt zween Monat nach dem andern/ (cum ergò prius inciderit in menſem Schawal, hoc incidet in menſem Arabicum Dulheggiah,) und iſt ihr Opffer-Feſt / daran ſie Schaf/ Böcke / und was einer will opffern / ſolche Opffer theilen ſie nachmals unter die Armen. Conf. qvoqve de his Turcarum victimis Gabr. Sionita, *de morib. Orient. p. 36.* & Georgiewizius *p. 33.* De *Perſis* audiamus Olearium *Hodœp. p. 455.* Den 25. Aprilis, oder nach dem Arabiſchen Calender den 10. Silhotzæ begehen die Perſer ein groß Bairam oder Feſt / welches ſie Kurban, das Opffer nennen/ſoll das Gedächtniß der Opfferung Abrahams / ſo er an ſeinem Sohn Iſmael / (wie ſie meynen/und nicht Iſaac/) verüben wollen / bedeuten: Alle/ ſo etwas in Vermügen haben/laſſen ſelbigen Tag/vor der Sonnen Auffgang/ auſſerhalb der Haußthür und des Hofes ein Lam̃ oder Schaf ſchlachten/in Stücken zerhauen/und unter die Armen / welche bey groſſen Partheyen herum gehen/außtheilen. Es darff nichts davon/auch das Fell nicht / behalten / oder ins Haus genommen werden. De eodem קרבאני loqvitur Musladinus *Roſ. p. 434.*

TH. 15. Apud utrosqve usitata & concessa est Polygamia simultanea. Et à *Persis* qvidem eam à multis temporibus observatam esse Strabo *l. 15.* testis est; qvi ait fieri id ab iis multiplicandæ prolis gratiâ. Verùm hodie explendæ potius libidinis causa, cui gens ista dedita est, plures assumi uxores judicat Olearius *Hodæp. p. 602.* refertqve Persas uxorem comparare Calendario, cujus modò in singulos annos usus esse potest. Qvomodo autem apud eosdem per varias libidines charitas dispersa torpescat, duobus exemplis ibidem probat. De Turcis itidem refert Busbeqvius *Epist. p. 136.* iis licitum esse plures (qvatuor videlicet simul, ut referunt Cotovicius *p. 192.* & Breuningius *Itin. Orient. p. 57.*) uxores, pellices autem sive concubinas, qvæ nonnisi dote à justis uxoribus distingvuntur, qvot opibus suis qvisqve sustentare possit, ducere. Qvot verò & apud eos Polygamia hæc pariat lites & molestias, dicterium qvoddam Turcicum celebris Poëtæ arguit:

איכי אישך ביר כראון
איכי ארור ביר דיואן

Duo asni, una Caravana,
Duæ uxores, unum forum.

Vel (cum sensus ob concisam phrasin Turcicam obscurior sit) dilucidiùs: Duo asini tantùm creant molestiæ, qvantum totus comitatus; Et ubi duæ mulieres, ibi ob lites perpetuum est forum. Utriqve verò, hac in parte qvoqve, sequuntur Muhammedis Pseudoprophetæ sui, hominis

Digitized by Google

minis libidinoſiſſimi, & præceptum ſive permiſſum *Sur. 8.* & exemplum, cum iſte præter concubinas, teſte AbulFarajio *p. 14.* ſeptendecim uxores, juxta *AbulFedam* aliosqve qvindecim, juxta qvosdam verò plures qvàm viginti uxores habuerit. Conf. Cl. Gentius *ad Roſ. p. 568.*

Th. 16. Utrisqve itidem uſitata ſunt divortia, licet apud *Perſas* non æqvè ac apud *Turcas* freqventia. Apud illos enim conjuges absqve prægnante qvâdam cauſa, ſed hac prius à Judice ſive *Kadſi* cognita ab eodemqve ritè latâ ſententia, disjunguntur. Et licet divortium factum ſit, non tamen ſtatim ad ſecunda vota tranſire licet, ut Olearius im Roſenthal *p. 119.* his annotat verbis Es haben die Perſer ein Geſetze / daß ein Weib / wenn ſie von ihrem Manne geſchieden / drey Monat und zehen Tage aufs wenigſte unverheyrathet bleiben muß; Theils / damit man ſehe ob ſie ſchwanger oder nicht / Theils / wenn ihr Zorn / umb deß willen die Scheidung entſtanden / ſich geleget / und ſie wieder Luſt zuſammen hätten / ihnen die Gelegenheit dazu nicht ſo geſchwinde benommen würde. Apud *Turcas* autem divortia freqventiora ſunt & de leviculis, imò ſæpius ridiculis cauſis fieri qveunt, ut videre eſt apud Busbeqvium *in Epiſt. p. 137.* Georgievviz *p. 28.* Breuningium *p. 57.* Cumprimis verò hic commemorandus eſt mos ille fœdus, qvo ter abdicatam nõ niſi interveniente alterius cohabitatione recipere iterum licet. Eum Dn. Olearius *Hodœp. p. 611.* ita deſcribit: Die Türcken mügen zwar nach

der Scheidung einander auch wieder nehmen / wenn sie aber sich dreymahl geschieden / und dann zum vierdtenmahl wieder zusammen wollen: Oder auch/wenn der Mann nur saget: Utztalak, Ich sage dir dreymahl die Ehe auf / so kömen sie nicht ehe wieder zusammen gelassen werden / es sey dann/ daß ein ander Mann/ den der Molla herzu führen muß / sie berühret / und zwar entweder in seiner Gegenwart / oder über seinem Häupte in einem Obergemache. Hoc ipsum verò Persæ omnibus modis detestantur.

TH. 17. Utriq; religiosè visitant sepulcra Sanctorum suorum, qvorum etiam opem & patrocinium in certis casibus implorant, licet non planè eosdem sanctos utrinqve venerentur. *Turcæ* præter antiqviores (sic enim Abrahami aliorumqve Patriarcharum, referente Leunclavio *p. 72.* visitant sepulcra) colunt novitios qvosdam & supposititios sanctos & homines Thaumaturgos ἀποθεωθέντας, super qvorum sepulchris vota precesqve facere eosqve alias invocare solent. Talis Thau maturgus vel Impostor potius fuit *Sedichasi*, cujus magna est in universa Turcia æstimatio, dicente *Septem-Castrensi l. c. c. 15.* Sic alius, teste eodem, ab iis dicitur *Harschi Petteschi*, i. e. *adjutorium peregrinationis*, qvi à peregrinis colitur. Alius *Askic Passa*, i.e. *Patronus amoris*, qvi conjugatis, in in partu laborantibus, prolem desiderantibus vel aliis in matrimonio necessitatibus pressis opem ferre dicitur. *Ali van Passa*, dissidentes animos lenire & ad concordiam reducere fertur. *Scheik Passa*,

ut

ut perturbatorum, & triſtium patron9 invocatur. *Gotvelmirtſchin* & *Bartſchin Paſſa*, pecoris cuſtodiã gerere creduntur. *Chiridelles* viatorib9 neceſſitate preſſis auxilio eſſe dicitur. Conf. *Richerius de Mor. & Inſtit. Turc. p. 109. 110.* In horum ſanctorum numerum ab iis etiam qvidam Chriſtianorum recepti ſunt, nam ſanctum Georgium ſub nomine *Chederle* ab iis religiosè coli & eadem ipſi miracula adſcribi, qvæ vulgò D. Georgio tribuuntur, fusè narrat Busbeqvius *Epiſt. 1. p. 67. ſ.* Perſæ itidem Sanctorum ſuorum ſepulchra diligenter viſitant, & primò qvidem ſepulchrum *Schich Soſi*, primarii ſui reformatoris, deinde ſepulchra duodecim *Imaman* ſeu Antiſtitum ſuorum Sofi filiorum & nepotum, de qvibus poſt dicemus, nec non aliorum ſanctorum hominum monumenta. Sic peregrinari eos ad ſepulchrum *Seid Ibrahimi* ad pagum Pyrmaraas, refert Olearius *Hodœp. p. 420.* cui vicinum monimentum alterius cujusdam ſancti, cujus nomen *Tiribabba*, de qvo idem refert: Er ſoll/ wie ſie vorgeben/ unverweßlich mit einem Rocke angethan/ auf den Knien als betend ſitzen. = = = Um des Tiribabben Begräbniß ſeynd im ſelben Berge viel Hölen und Kammern gehauen / in welchen die Pilgram ſich lagern und opffern/ *p. 423.* De ſepulchro ſancti *Pyr Mardechani* conf. *id. p. 447.* Et Perſæ qvoq; qvosdam Sanctorum ſuorum Chriſtianis debere videntur: Nam viſitant ſepulchrum ſeptem dormitoribus ſive ſanctis ſpeluncariis (qvorum & in Alkorano mentio) à qvodam Rege paratum, qvorum etiam canem miſeri homines cultu ſuo

dignum censent. Ita enim Dn. Olearius im Rosenthal *p. 10.* narrat : Die Wallfahrt Brüder/ welche daselbst kommen und beten wollen / müssen zuvor des Hundes Grab ehren und küssen/und bey demselbigen den Anfang zu ihrer Andacht und Gebete machen.

TH. 18. Utriqve solenniter & qvadam Religionis suæ necessitate instituunt peregrinationes ad Templum Meccanum , Hierosolymitanum, Medinense & alia. Id enim Muhammed in Alkorano suo sanxit & religionis suæ partem non minimam esse voluit , adeò ut referente Algazalio, ex ipsius sententia, si aliqvis , anteqvam talem peregrinationem suscipiat, mortuus fuerit, moriatur non ut Musulmannus , sed ut Judæus aut Christianus. Conf. Pokokius *p. 312.* Et primò qvidem tam Turcæ qvam Persæ visitant *Caabam* (vulgò *Kiabamma*) seu Templum Meccanum, qvia ibi Impostoris Muhammedis patria. De illis referunt autores , qvod per varios casus & magna pericula Meccam tendant, & ubi tridui itinere ab urbe absint, cætera nudi & non nisi circa verenda tecti ulterius ad eam pergant & variis lotionibus se præparantes templum Meccanum ingrediantur, ibiq; sacra sua non sine multis superstitionibus peragant. Visitant illud qvotannis catervatim milleni sub certo Duce, qvi *Emir-illa-hazzi* vocatur. Conf. Leunclavius *p. 594. 621.* Wallichius *de Rel. Turc. p. 79.* Joh. Wildius *l. 2. à cap. 10. ad 18.* De *Persis* itidem constat ex *Musladino*, qvod per multa milliaria ex remotissimis

mis

Digitized by Google

mis Provinciis *p. 79.* & qvidem ſæpius pedites *p. 421.* illud adeant capiteq; in templi limine poſito precentur *p. 147.* Conf. & de iis De Laet *Perſ. p. 152.* Templum illud qvotannis novo & ſumtuoſo velamine operitur, qvod כעבה גאמה *Tſame Kaabe*, Heiliger Umhang des Tempels / Tempels Kleid oder Gewand/vocatur & à familia Ottomannica Conſtantinopoli, terreſtri per Damaſcum itinere, magna cum oſtentatione Meccam mittitur & anno elapſo, alio denuò inducto, iterum aufertur & qvaſi venerabile χειμήλιον, qvod ſanctiſſimi ſc. loci majeſtas ſuo contactu ſacrârit, à ſacerdotibus in particulas dividitur & religionis cauſa peregrinantibus magno venditur. Conf. Gentius *ad Roſ. p. 566.* Inde verò eſt tanta ejus loci æſtimatio, qvia & Muhammedis nativitate celebratus eſt & ejus templi fundamenta Abraham poſuiſſe ab iis creditur. Sic etiam Muhammedani magna religione, freqventia, & per varia tædia itineris folent peregrinari ad templum *Medinenſe*, ubi eſt Impoſtoris ſepulchrum, cujus viſitationem Muhammed ſeqventibus ſvaſiſſe dictis à Sunnitis fertur: *Qvisqvis inviſerit ſepulchrum meum, pro eo intercedere neceſſe mihi eſt.* Item: *Qvisqvis venerit Medinam ſepulchri mei viſendi cauſa, pro illo in die reſurrectionis intercedere mihi neceſſum erit. Et ſi qvis in alterutro loco ſancto* (Meccæ aut Medinæ) *mortuus fuerit, ille ſine controverſia ſalvus ſuſcitabitur.* Item: *Qvi inviſerit ſepulchrum meum, perinde eſt ac ſi me viventem inviſeret.* Sic & ſuas inſtituunt peregrinationes

ad templum *Hieroſolymitanum*, qvod Turcæ *Kutzimubarecum* appellant, ut alia jam mittamus.

TH. 19. Utriq; porrò ubiq; locorum magno numero habent templa minora ſeu *Meſgidas*, qvas vulgò *Moskeas* vocant, à qvibus *Tſumas*, qvaſi dicas *Synagogas*, ceu Templa Cathedralia ut majora diſtingvunt. In illis Mesgidis ſuis utriqve non tantùm die Veneris ad cultum ſacrum, ſed & qvotidie ad ſolennes preces conveniunt, præmiſſa lotione, de qva intrà dicemus. Mulieribus ſuis ingreſſum non concedunt, ſed illæ ad fores ſe ſtatuere ſolent: Vel etiam, ſi nobiles & honoratiores ſint, habent locum à viris ſeparatum & ita ſecretum, ut nemo introſpicere poſſit, qvem die Veneris qvandoqve occupare ſolent. Viri autem exutis calceamentis, iisqve ante Templi januam relictis introeunt, nec pavimentum Templi ſtoreis ſtratum, calceis, qvibus aliàs palpant terram, contingunt. Chriſtianis autem ægerrimè concedunt aditum, niſi peculiari privilegio id alicui concedatur. Ingreſſi præeunte *Hoggja* vel *Molla* peragunt ſuas preces, de qvibus infra aliqvid ſubjiciemus, & cætera ſacra. Conciones autem ad populum rariores habentur. De *Turcis* refert Cotovicius *Itin. Hieroſ. & Syr.* qvod, cum novus Baſſa Magiſtratum adit, concionator ſtrictum acinacem manibus tenens ad populum peroret. Aliàs & Turcæ & Perſæ, (apud qvos tamen etiam nonnunqvam fiunt orationes Eccleſiaſticæ. Conf. Musladinus *p. 163.*) Alcorani

brevi

brevi explicatione illuſtrati lectione, qvæ fit in certis cathedris, contenti ſunt. Et ne etiam hoc prætereamus, neutri ad ſacra ſuos per campanas convocare ſolent: Sed apud utrosqve dantur præcones, qvos Perſæ *Moëdſinos* vocant, Turcæ etiam *Talismanlar*; qvi in turriculis propè templa ædificatis ſtatis horis penetrantiſſima voce homines ad preces convocant. De *Turcis* refert Georgievvizp. *10. circa templum eſſe turrim miræ altitudinis, qvam eorum ſacerdos tempore orationis conſcendens, voce alta digitis in aures inſertis, hæc verba repetat:* Alla chak bir, i. e. *Deus verus eſt unus.* Conf. etiam Cotovicius *Itin. Hier. p. 154.* J. Huld. Wallichius *de Rel. Turc. p. 31.* Breuningius *Itin. Orient. p. 38. 39.* J. Wildius *l. 3. c. 15.* De *Perſis* ad illa verba *Musladini: Sacer præco ſive* מורן Moedſin *intempeſtivè exclamavit*, notat Cl. Gentius *p. 573. Qvia Muhammedani, pertinaciſſimo Chriſtianorum odio campanarum uſum abhorrent, viva præconum voce, Muhammedis exemplum ſecuti, ſuos ad preces & ſacra peragenda, qvinqvies ex ſummis turriculis, qvas fanis adſtruxere, qvotidie convocant.* Ab horologiis tamen in privatis ædibus minimè abhorrent. Sed de his hactenus.

CAPUT III.

DE PERSARUM ET TURCARUM DISSENSU.

Th. 1. Vidimus hactenus *Perſarum & Turcarum* in plerisqve conſenſum & harmoniam. Jam nobis

nobis penetrandum eſt in ipſam cauſæ acropolin,& exponendum.in qvibus diſſentiant. Cum verò hæc tàm multa, ut ex hactenus dictis colligi haud difficulter poteſt, eſſe neqveant, mirari ſubit,qvî fiat,ut utriqve ſe invicem tàm ἀπαθόνδως proſeqvantur odio? *Perſæ* enim Turcarum religionem execrantur, eosqve precibus ſuis impetunt, eorumqve necem peccato vix ducunt,unde promanavit ſummi cujusdam authoris effatum:

תרך אכר מולי שוד
קתלש חלאל שור:

Turca etſi ſit doctrina ſummus,
Tamen eum interficere fas eſt.

Et celeberrimus Perſarum Scriptor *Musladinus*, qvo fuerit in eos animo *Præfatione in Roſarium ſuum* ſatis teſtatum reliqvit,qvippe illic eos lupis cruentis, ferocibus leonibus & tigribus comparat, reſpectuqve eorum Perſas ſuos cum Angelis confert. Conf. & Leunclav. *Pandect. p.75.* Nec temperant ſibi à contumelioſis nominibus, eosqv; vulgò *Sekſiunnos* vocant, Hunde/cum canes in levandis minoribus meatibus, ut Rabbini loqvuntur, juxta ipſos imitentur. Conf. Olearius *Hodœp. p. 592.* E contrario Turcæ non minus averſantur Perſas, eosqve ludibrii cauſa vocant *Kiſilbaſchi* Rothköpffe / qvia inter eos, qvi ſe ex *Aly* vel *Sophi* familia prognatos gloriantur,geſtant rubras mitras,qvas *Tatſch* coronas, vel *Takie* vocare ſolent, de qvibus prolixiùs egit Olearius *l. c. p. 582.*

Digitized by Google

582. item: *Cher-Schahi*, Asinos regis (Aly) ut alia silentio involvamus. Busbeqvius *Epist. 3. p. 190.* refert *Rustanum* Turcam ad se dixisse: *Nos magis aversamur Persas, magisqve profanos habemus, qvam Christianos.* Et Leunclavius *Hist. Mus. p. 658.* narrat Turcas, qvi ad Persas transierant, ab aliis Turcis interfectos esse. Ex his ergò, qvàm belle Turcis conveniat cum Persis, luculenter satis constat.

Th. 2. Inqvirendum ergò ulterius in causam tanti odii, qvam pauci rectè expositisse videntur. Fatentur qvidem religionis disfidium hoc peperisse odium, in qvo verò illud consistat disfidium, non pari εὐσοχία assecuti sunt. Nam qvæ Petrus Bizarus *Hist. rer. Pers.* J. Th. *Minadous de bello Persico-Turc.* aliiq; prodiderunt, speciales Persismi & Turcismi differentias vel non tangunt vel certè leviter. Nuper verò Nobilss. *Olearius* caput, qvod dicitur, causæ præclaro conatu, nec minus laudando succesfu aggressus est *in Hod. l. 5. c. 39. 40. 41.* Hujus ergò aliorumqve laboribus adjuti rem totam breviter & dilucidè exponemus.

Th. 3. Et ut omnia ab ovo, qvod ajunt, repetamus, ab excessu Monstri illius Meccani vertigo Muhammedanos statim in varias rapuit partes. Nam *Alshareſtanius* Arabs fatetur dissensionem processisse & tandem progenuisse Sectas LXXIII. in Muhammedanismo; Ita enim hic nugator ait: *Divisi sunt* אלמגוש *Magi in LXX. Sectas.* אליהוד *Judæi in LXXI.* אלנצארי

Chriſtiani in LXXII. אלמשלמון *Muſulmanni in LXXIII. Inter Sectas autem una ſemper fuit ſalvanda.* Idem tamen numerat Sectas Principales qvatuor ſc. *Alkadarios*, *Alſephatios*, *Alcharwaejios* & *Alshijos*; alii ſex, alii octo, (*Mutazalitas*, *Alshios*, *Chawerigæos*, *Morghios*, *Alnajarios*, *Akabarios*, *Almoſchabbæos*, *Alnajitas*, *ſeu Alſcharios*, qvos pleriqve Arabum ſeqvuntur, eosqve pro orthodoxis habent,) alii plures conſtituunt principales Sectas, ex qvibus reliqvæ propullularint, de qvibus ſigillatim agere inſtituti noſtri ratio impræſentiarum non permittit, verùm benevolum Lectorem *ad AbulFarajium* &, qvi hunc illuſtravit, *Pokokium* ablegamus. Hac vice verò tantum diſpiciemus, qvomodo *Perſæ* à reliqvis Muhammedanis, qvi *Sunnitæ* dicuntur, diſſideant. Licet enim & hi in diverſis regionibus diverſas foveant lites atqve controverſias, præcipuè ſcholaſticas, qvia tamen communem contra Perſas agunt cauſam, à nobis hic conjungentur in iis, qvæ communi conſenſu defendunt. Nam nec Perſæ in omnibus locis eandem ſeqvuntur methodum, ſed itidem jam in exceſſu, jam in defectu contra ſua ipſorum principia peccant, à nobis tamen eatenus *Sunnitis* opponentur, qvatenus contra eosdem eandem agunt cauſam. Qvod ergò Vir doctiſs. Joach. Camerarius *Narrat. Turc. p. 39.* aliiqve inter diſſidia Perſarum & Turcarum referunt qvasdam Scholaſticas diſceptationes de origine mali, æternitate legis, & ſimiles, in eo non viden-

Digitized by Google

dentur ſatis explicare diſſidii tanti cauſam, cum inter ipſos Sunnitas ejusmodi controverſiæ agitentur, propter qvas tamen talis ruptura inter eos non contingit. Nos verò Turcas, qvos ſive *Sunnitas* ſive *Alſcharios* dicas, nobis perinde eſt, ab *Alishiis* ſeu *Raphidæis*, qvorum Secta à qvibusdam *Imamia* dicitur, diſcrepare exiſtimamus I. *in principio fidei.* II. *in deſignatione legitimi ſucceſſoris Muhammedis.* III. *in expoſitione Alkorani.* IV. *in qvibusdam feſtis & externis ceremoniis.* Conf. Olearius *l. c.* D. Reinboth *Præf. in Roſar. Muſladini*, Tavernier *Itin. Perſ. l. 4. c. 7.*

Th. 4. Qvod ad primum, utriqve qvidem accipiunt Alcoranum pro canone fidei ſuæ: Sed *Perſæ* ſolum, *Turcæ* verò præter eum *Sunam* ſeu Traditionem. Hinc Turcæ dicuntur שׁנִיּוֹת *Sunitæ*, i. e. *Traditionarii*. Qvod ad hanc diſcrepantiam, poſſemus conferre Perſas cum *Sadducæis*, qvatenus hi ſolo τῷ ῥητῷ legis contenti traditiones ἀγράφους rejiciebant, & hinc ab aliis קראים i. e. *Scripturarii* dicebantur: Turcas cum *Phariſæis*, qvi præter legem divinam ἔγγραφον venditarunt תורה שבעל פה *Legem* ἄγραφον, ſeu multas παραδόσεις traditiones. Cum igitur Turcæ traditiones ſuas à Perſis rejici videant, qvas ipſi tamen pro divinis habent, non parvum inde in eos concipiunt odium, uti qvoqve hodie videmus eos, qvi ex Karræis ſunt ſuperſtites, ob ſpretas traditiones Talmudicas à reliqvis Judæis plusqvam Vatiniano odio premi. De *Suna* tamen breviter

Digitized by Google

viter dicendum. Fuerunt ſeptem viri, qvi omnia Muhammedis præter Alkoranum dicta & facta diligentiſſimè obſervarunt & ad poſteros propagârunt; qvos inter *Abubureim* ita ob feliculam, qvam tenerrimè habebat & perpetuò etiam in publicis conventibus circumgeſtare ſolebat, è Muhammede dictus, felicisſimæ fuit memoriæ & reliqvis ſex Traditionariis palmam præripiens, ſolus 5430. traditiones ex Muhammede auditas, feliciqve memoria retentas, poſtea propagavit, donec tandem literarum monumentis conſignarentur. Conf. de Suna Pokokius *ad Abulf. 298. 378.* Fabritius *Specim. Arab. p. 125.* Joh. Andreas *Conf. S. Muh. p. 56.* Hottingerus *Bibl. Orient. p. 163. 169.* Gentius *ad Muslrd. p. 577. 578.* Recenſum præcipuorum capitum ex Albochario infrà dabimus.

TH. 5. Altera & qvidem palmaria qvæſtio de ſucceſſore Muhammedis inter Perſas & Turcas magna vehementia agitatur, cujus *συζήτησις* hæc eſt: *Num Abubeker, Omar & Odſman in regimine Eccleſiaſtico & Politico Muhammedi defuncto jure ſucceſſerint, an verò hîc Ali facta ſit injuria?* Prius affirmant *Sunnitæ* ſive Turcæ, poſterius *Alshii* ſive Perſæ. Ut enim Turcæ ob priorem controverſiam *Sunnitæ*, ita ob hanc Perſæ *Alishii* vocantur. Hujus ergò origo fuſiùs eſt demonſtranda. Muhammede defuncto ſolliciti fuerunt Muhammedanide *Imam* ſive *antiſtite* & *Chalifa*, i. e. de ejus ſucceſſore, qvi toti genti Muſuluannicæ præeſſet tàm in rebus, qvæ ad mun-

mundum, qvàm qvæ ad religionem pertinent, ſive qvi Muhammedis in omnibus vices geteret. Ejusmodi *Chalifas* ſive Muhammedis ex aſſe ſucceſſores in ſtrictiori ſenſu (cum aliàs omnes Imperatores Muhammedici in hiſtoria Saracenica vocentur Chalifæ) à Turcis numerantur qvatuor qvi ordine ſibi ſucceſſerunt; nim. *Abubeker*, *Omar*, *Odsman* (à qvo alius eſt, à qvo faciunt initiũ numerandi Imperatores Muhammedicos, qvi inde *Ottmannidæ*, & eorum familia *Ottomannica* & aula *Porta Ottomannica* vocatur) *Ali*. Ita enim in confeſſione fidei *AlGazalii*, qvæ vulgò pro orthodoxa apud Turcas habetur, dicitur: *Neceſſe eſt item ut confiteatur* (Muſulmannus) *excellentiam ſociorum* (Muhammedis) *& gradus eorum : & hominem poſt Mohammedem præſtantiſſimum eſſe* Abubecrum, *deinde* Omarum, *deinde* Ottmannum, *deinde* Alim, *& ut de omnibus ſociis benè ſentiat eosqve celebret, prout eos omnes celebravit DEus ejusqve Legatus*. Tantum autem abeſt, ut Turcæ *Alim* Perſarum Antiſtitem criminentur, ut potiùs eum ſummis efferant laudibus; ſaltem eum prioribus illis tribus non præferendum, ſed ſubordinandum eſſe contendunt. Perſæ contra illos priores *Alim* ſumma affeciſſe injuria exiſtimant eiqve Chalifatum & Antiſtitium contra jus & æqvum eripuiſſe, cum hic Muhammedis filiam *Fatimam* in conjugio habuerit & eruditione, virtute, ſanctitate aliisqve Antitiſtis & Chalifæ dotibus prioribus illis palmam omnem longè præripuerit.

TH. 6. Erupit verò hæc controverſia circa *A.C. 1363.* per virum qvendam nomine *Sefi* vel *Sofi*, (qvem qvidam ab Arab. צוף *Lana*, dictum volunt, qvod laneis tantùm veſtibus uteretur, id qvod tamen aliis diſplicet.) Is ſe ex *Alis* poſteritate ſupereſſe dixit & magnam eruditionis atqve ſanctitatis ſpeciem præ ſe tulit. Porrò *Ardebillæ* & alibi in Perſide publicè defendit, primi à Muhammede *Antiſtitii* & *Chalifatus*, ſive in civilibus & ſacris ſucceſſionis jus penes Alim fuiſſe, qvem ſc. Muhamed ut patruelem & generum ſuum pro hærede & ſucceſſore declarârit, *Abubeker* autem, *Omar* & *Odsman*, cum potentia ſuperiores eſſent, nefariè jure ejus privarint, & qvæ ipſius erant, ſibi arrogârint: Alim deniqve dixit ſolum Antiſtitis nomen tot miraculis & rebus præclarè geſtis meruiſſe. In hujus ſententiam ſtatim à plerisqve itum & res armis geri cœpta eſt. Imò qvanta fuerit novi illius reformatoris authoritas, ex eo conjicere licet, qvod & Regibus (qvippe qvi ſe *Sefios* vel *Sofios* ab eo, non ab Ebr. שופט vel Græco σοφὸς vel aliunde appellant, id qvod primus fecit Iſmaël, qvem hinc Iſmaël Sophinum dicunt,) & omnibus in univerſum Perſis (qvi inde *Sofiani* dicuntur) nomen dederit. Crepant & varia ejuſdem miracula. Inter alia, cum *Temürleng* ſeu *Tamerlanes* Tartarorum Rex experiri vellet, num vera eſſet Sofi religio, ferunt eum tria ſibi in mente concepiſſe ſigna, & ea ſi apud Sophium deprehenderet, conſtituiſſe, in ipſius ſectam concedere, ſi ſc. ſibi adven-

tan-

tanti nō assurgeret, si oryzam cum lacte caprarum sylvestrium pararet, si venenum propinandum superaret, qvæ omnia à Sofio servata esse ajunt. Conf. Nobilis. Olearius *Hodœp. p. 677.* Hottingerus *Hist. Orient. p. 371.* & alii.

Th. 7. Successu temporis hæc pro *Alis* successione disputatio per posteros Sofii *Sedredin*, & *Tsinid* (qvi aliis *Guinet*) ut & *Aiderum* aliosqve continuata fuit & ea sumsit incrementa, ut præcipuam fecerit inter *Persas* & *Turcas* dissensionem. Licet enim hæc controversia tàm magni ponderis esse non videatur, iis tamen non videtur esse de lana caprina. Qvin dicere qvidam non sunt veriti, teste *Alshahrestanio*, אלרין פי מערפה אלאמאם פקט *Religionem in sola antistitis notitia consistere.* Et vix dici potest qvanta utrinqve contentione pro suis Antistitibus pugnent. *Persæ* ex Ali suo semideum faciunt: *Turcæ* ipsum qvidem non criminantur, sed potius laudant & eqvum conscensuri dicere solent: *Ja Ali*, das walt *Aly* (inclytus nimirum eqves & antistes) Persarum tamen jactantiam risu & contumeliis excipiunt: Contra *Turcæ* Abubecrum, Omarum, Odsmannum ut sanctos Muhammedis successores venerantur: *Persæ* verò eos execrantur & devovent inferis, imò in eorum opprobrium obscœnè dicunt: *Kiri sek der deheni Abubeker, Omar, Hanife bad*; i. e. Testiculi canini sint super os *Abubecri*, *Omaris* & *Hanifæ*: & hinc se Turcis reddunt exosissimos.

Th. 8.

Th. 8. Qvanta verò Ali ſuo tribuant, à nobis ulterius eſt exponendum. Muhammedi eum partim conferunt, partim certo reſpectu præferunt. Muhammedem adhuc vivum ipſi aliqvando dixiſſe ferunt: *Nonne tibi ſatis eſt, ſi apud me illo ſis loco, qvo apud Moſen Aaron fuit:* ut refert Gentius *ad Roſar. p. 572.* Imò qvidam ajunt, Alcoranum per errorem Gabrielis in manus Muhammedis veniſſe, cum Ali tradi debuerit. Sed & receperunt eum in Symbolum fidei ſuæ, qvo ſe à Turcis hoc pacto ſeparant לא אלאה אלא אללה מחמד רשול אללה ועלי ולי אללה i. e. *Non eſt DEUS niſi verus DEUS, Muhammed Apoſtolus DEI, Ali præfectus DEI*, qvæ poſtrema verba à Turcis omittuntur. Qvin qvidam ex Perſis laudibus Alis ita immodicè favent, ut ipſi divinitatem adſcribere non ambigant. Nota eſt blaſphema illa vox Perſarum עאלי רא חרא נמישנאשם דור אז חרא נמיראנם i. e. *Ali pro Deo non agnoſco, ſed nec procul à Deo eſſe ſcio*; qva non multò melior illa: הר כה חון חאך נישה בר דר או כר פרשתה אשה חאך בר שר או אשה *Qvisqvis non fuerit inſtar pulveris, ante fores Alis licet vel Angelus fuerit, pulvis operiet caput ejus.* Qvæ verba, teſte Oleario, in inſignibus qvoq; regiis locum habent. Et *AlShareſtanius* refert fuiſſe qvosdã ex Alshiis, qvos *AlNoſairios* vocat, qvi dicerent

Alim

Alim esse eum, *cujus forma Deus apparuerit, cujusq; manibus mundum crearit, & cujus lingva præcepta dederit, ideoq; dicerent extitisse ipsum ante creationem cœli & terræ.* Conf. Pokokius *ad Abulf. p. 264. 265.* Lev. Warnerus *prov. 6.* Hotting. *Hist. Orient. p. 369.* Olear. *Hod. p. 677.* Vix dici porrò potest, qvanta ipsi tribuant miracula. Ejus ensem non minus venerantur, qvam Turcæ olim exhorruerunt *Georgii Castriotæ* (qvi Turcis dictus *Scanderbeg*, i. e. *Dn. Alexander*, nam בך *Beg* Turcicè notat *Dominum*, & Alexander decurtate à Turcis vocatur אשכנדר *Scender*, ut Constantinopolis שתמבלי *Stamboli*,) de qvo scripsit *Marinus Marletius*. Alim verò gladio suo petras diffindere potuisse narrant Persæ referente Olearioo *p. 552.* Gladium illum vocant דו אלפכר *Tsulfikar*, fabulanturqve eum à Gabriele ea conditione Muhammedi traditum esse, ut eundem patrueli suo Ali redderet. Sic Alim aliqvando portas *Chaibar* loco movisse tradunt, dicuntqve *illud manifestum esse argumentum fuisse in eo particulam divinam & potentiam cœlestem*, ut refert Pokokius *p. 266.* Cum in Insula qvadam non reperisset aqvam, qva sitim levaret, fontem illic produxisse fertur, ut refert Olearius *p. 706.* & addit ab hac fabula hodienum insulam istam dici *Alybarluch.* Sic in *Imn* tempore hyberno miraculosè uvas produxisse dicitur, unde adhuc ajunt Persæ propagari uvas, qvas *Enkuri Aly dereſi* vocant. *Id. p. 578.* Deniqve fabulantur cum Muhammed in cœlum raptus esset, Alim eum secu-

tum esse & Muhammedem inveniſſe cum Angelis ſedentem & nectare cœlico ſe recreantem. Cum autem ab initio Alim intromittere recuſarent angeli, ferunt Alim dixiſſe ſe eſſe שיר יהוה *Leonem DEI*, qvo audito angelos ipſi itidem phialam ejusmodi nectare plenam propinâſſe: qva de re conf. idem im Roſenthal *p. 89.* ut eqvum ejus *Duldul* jam ſilentio involvamus.

TH. 9. Et cum hoc pacto Alim ſuum Perſæ venerentur, in ejus nomine ferè omnes actus ſolennes tàm politicos, qvàm Eccleſiaſticos peragunt: Sic cum novus Rex coronatur, corona ipſi in nomine DEI, Muhammedis & Alis oſculanda porrigitur, referente Oleario *Hodœp. p. 633.* Perſæ communiter per DEUM & Alim jurant, *Id. p. 684.* cum iidem fraternitatem inter ſe ſanciunt, tribus ictibus à *Califa* percutiuntur, qvi ad primum dicit *Alla* (DEUS) ad ſecundum *Muhammed*, ad tertium *Aly*, *Id. p. 591.* ut jam alia mittamus. Tandem in ejus & poſterorum memoriam feſta qvoqve peculiaria celebrant, ut mox dicemus.

TH. 10. Ut verò Perſæ Alim venerantur, ita etiam magnificiunt ejus poſteros, qvaſi ad hos illius virtus per traducem propagata eſſet. Imprimis venerantur duos Alis filios *Haſſanum* & *Hoſſeinum*, qvos ex Muhammedis filia *Phatima* ſuſcepit: ut & decem nepotes: *Seinel*, *Abadin*, *Mahumed-Bagur*, *Tſafer-Saduk*, *Muſai Kaſum*, *Riſa'*, *Muhammed-Taggi*, *Ali-Naggi*, *Hoſſein-Askeri* & *Mehedi*: & hos duodecim vocant *Imamân*, antiſtites ſuos, eosqꝫ una cum *Ali* & *Schich Soſi* religionis

nis ſuæ reformatore, devotè colunt, ad eorundemqve ſepulchra peregrinationes inſtituunt, cumprimis ii, qvi ob loci diſtantiam templum Meccanum viſitare non poſſunt. Conf. Olear. *Hod. p. 678.* Tavernier *Itin. Perſ. l. 4. c. 7.* Et hodieqve qvi ex horum progenie ſuperſunt peculiaribus inſigniuntur notis & multis gaudent immunitatibus. Vid. Idem *Hodæp. p. 685.* & Roſenthal *p. 89.* Gentius *ad Roſar. p. 561.* & alii.

Th. 11. *Tertiò* Perſæ & Turcæ diverſos habent authores, qvos in Alkorani expoſitione ſeqvuntur. Turcæ, licet aliàs paucos habeant Doctores, nudâqve fermè verborum explicatione contenti ſint, ut ait Georgievviz, ſeqvuntur tamen in obſcuris Alkorani locis *Hanifam*, qvem peculiari inſtinctu DEI prædituм fuiſſe volunt, & eum ad latus Abubekri, Omaris & Odsmanni collocant: iſtum autem Perſæ pro impoſtore & hæretico habent, & in expoſitione Alcorani ſeqvuntur *Alim*, ejusqve nepotem *Tſafer - Sadukum*. Qvomodo verò in Alkorani Exegeſi diſcrepent, collatione qvarundam fabellarum à Muhammede obiter commemoratarum vel certè obſcurè traditarum, à Perſis verò & Turcis diverſimodè explicatarum oſtendere poſſemus, niſi brevitati ſtudendum eſſet. Conf. de illis interim Olear. *Hodæp. p. 679.* & Roſenthal *p. 145. ſ.* de his Georgievviz *p. 29. ſ.* & alii. Aliqva itidem differentiæ cauſa fortè eſt, qvod ex *Franc. Bartoni* teſtimonio Hottingerus tradit, Perſas Alcoranum in ſuam lingvam transferre, (licet Musladinus

in Rosario Alcorani loca perpetuò Arabicè citet) id qvod tamen à Turcis non fieri alibi monuimus.

TH. 12. Deuiqve differunt Persæ à Turcis in qvibusdam ceremoniis & ritibus, præcipuè Festis, precibus, lotione. Qvod ad illa, ringentibus Turcis in honorem Alis & posterorum varia celebrant Festa. Die 14. mensis *Schawal* celebrant festum *Chummekadir* in memoriam Patroni sui *Alis*, qvi eo die Othmanno defuncto Muhammedi successisse fertur: qvod festum multis facetiis & nugis peragunt. Die 22. *Ramesan* instituunt parentationem Alis, qvi die ejus mensis 21. *Cufæ*, in Mesgida inter preces à servo suo *Abderrhaman Ibni Meschem* occisus anno ætatis 63. dicitur. Illius memoriam mùltis solennitatibus, & lachrymis qvoqve celebrant; Die 14. *Maji* (juxta Olearium) per 10. dies instituunt suum *Aschur* (עשר) in memoriam *Hosseini*, Alis filii natu minoris: qvi in bello qvodam 72. telis vulneratus, à qvodam *Senan Ibn Aness* confossus & â *Schemr Schülzausen* demum occisus est. In hujus rei memoriam qvidam sibi variis modis sangvinem eliciunt & alia instituunt solennia, de qvibus conf. Olearius *Hodœp. p. 456. 460. f.* Schickardus *in Taarich.* & alii. De Festo Persarum *Neurus* seu novi anni itidem conf. Olearius *p. 627.* & Gentius *ad Ros. p. 533.*

TH. 13. Qvod ad preces, differentia in externis qvibusdam consistit ceremoniis. Adscribemus hic tantummodò verba Olearii *Hod. p. 681.*

Die

Die Perſer/wenn ſie alſo gegen Mittag gewandt ſtehen (qvia Ardebillæ Mecca & Medina ſunt meridionales) fangen an das Alhemdo lilla (primam Alcorani Suratam, qvæ Muhammedanis eſt inſtar orationis Dominicæ noſtræ,) hierauff hält er die Hände zun Knien / ſtehet krum̃ und betet das Subhana Rebbi &c. und wiederholet das Alla Ekber (precationem auſpicalem, qva orationis totius apud eos fit initium) denn kniet er auf die Erde/ ſchlägt ſein Häupt zur Erden / und auf gedachten Stein (lapis iſte certis characteribus inſignitus & non procul ab Hoſſeini & Alis ſepulcris fodi ſolitus Perſis ſacer eſt, Turcis non item) und betet das Subhana rebbi, hält darauff die Hände empor. Nach dieſem allen thut er das ietzte Gebet auf den Knien/denn ſtehet er wieder auff/ wendet ſich zur rechten und Lincken / und ſpricht heimlich Salom alekum, Salom alekum, damit begrüſſet er die Engel / welche bey ihm geſtanden und den Satan abgehalten / daß er ſein Gebet unverhindert verrichten können. Die Türcken aber grüſſen die Engel noch vorm Außgang des Gebets. De Turcarum autem inter precandum moribus ulterius conf. Fabritium *Spec. Amb. p. 41.* D. Geſnerum *Conc. de Turc. p. 101.* D. Mylium *Conc. de Turc. p. 43. 45.* Wallichium *l. c. p. 48.* Breuningium *Itin. Orient. p. 108.* & alios.

Th. 14. Lotionis verò, qvâ ſemper, anteqvam ingrediantur Mesgidam, utuntur, differentias Olearius optimè his exponit verbis *Hod. p. 680.* Wenn die Perſer zum Gebet ſich wollen geſchickt

machen / müssen sie sich gleich / wie die Türcken / waschen / und zwar also: Sie streichen die Ermel biß über den Elbogen hinauf / und waschen erst die Hände / streichen vom Ellenbogen hinaus zur Hand zweymahl / denn fahren sie mit der rechten Hand zweymal übers Gesichte. Die Türcken aber nehmen beyde Hände / und reiben das Angesicht / und streichen dreimal von oben herunter / und von unten wieder hinauf / waschen auch den Mund und Nase / in welche sie das Wasser aus der Hand ziehen. Die Perser streichen mit nasser Hand zweymal übern Kopff / aus dem Nacken biß zu der Stirn / und hernach über die Füsse biß an die Knöchel. Der Türcke aber schlägt eine Hand voll Wassers über den Kopff / und streichet die Hand also befeuchtet über die Füsse / welche zuvor müssen gewaschen seyn / das aber bey den Persern nicht geschicht. Der Türck rüttelt mit dem Zeigerfinger in die Ohren / und streichet mit den Daumen umher / darnach mit dem Zeigerfinger aus dem Nacken über den Kopff biß zur Kehle. Solche Ceremonien werden im Hause / ehe sie nach der Kirchen gehen wollen / verrichtet. Levius est, qvod Persæ qvidam etiam in vestitu sese à Turcis segreganres viridia gestant tibialia, id qvod detestantur Turcæ propterea, qvod Muhammedis Tiara viridis fuerit. Conf. Olear. *Hodœp. p. 588. 686.* Et hæc de Persarum & Turcarum dissidiis impræsens dicta SUFFICIANT.

MAN-

MANTISSA I.

CONSPECTUS SUNÆ.

Inter Sunæ ſcriptores eminet *Muhammed filius Abi Alhaſeni Iſmaëlis*, *Abu Abdalla Bocharenſis*, cujus liber Sunicus vocatur כתאב צחיח אלבחארי *Kitabo Zahih Ibochari* ſ. *Pandectæ Bocharii*, continentes Reſponſa oralia Muhammedis & jus Muhammedicum univerſum, Ceremoniale, Civile & Forenſe, cujus titulos hâc vice ſpeciminis loco ex Hottingero adſcribemus, plura cum DEO & die (qvoniam librum ipſi poſſidemus) aliàs daturi.

PRimus liber vocatur כתאב בד אלוחי *liber initii inſpirationis*; & habet אחאדוֹ ſeu *ſententias* qvinqve.

2. אלאימאן *Fidei*, Sent. 50.
3. אלעלם *Scientiæ*, 74.
4. אלוצו *Lotionis ſacræ*, 119.
5. עסלו אלגנאבה *Lotionis propter effluxum ſpermatis* 43.
6. אלחיץ *Menſtruum patientis & propterea preces publicas intermittentis*, 37.
7. אלתימם *Actus, qvo, deficiente aqva, arena defricant manus, ut idonei fiant ad concipiendas preces*, 15.

8. פרץ

8. פרץ אלצלוה *Preces neceſſariæ, lege debitæ;* 2. אלצלאה פי אלראב *Preces in veſtibus*, qvæ ratio veſtiendi tempore precum, 39.

9. אלקבלה *De templo Meccano*, 13.

10. אלמסאגד *De Templis publicis* 76.

11. אלסתרה *Velum precatorium* 30.

12. מואפיה אלצלוה *Deſtinatæ precibus vices*, 75.

13. אלאראן *Convocatio ad preces*, 28.

14. פצל אלגמאעה *Diſtinctio cœtus*, ſeu diei Veneris & conſtitutio ejus, 40.

15. אלאמאנה *Securitas, ſecuritatis fœdus*, 40.

16. אקאמה אלצפוף *Conſtitutio ordinum ſeu agminum.*

17. אפתתאח אלצלוה *Apertio*, ſive procœmium precum, 20.

18. אלקראה *Lectio*, Alcorani ſcilicet, 30.

19. אלרכוע *Inclinatio, genu flexio, & mora in precibus, quo Pſeudoprophetæ ſuo bona precantur, formula uſitata: Non eſt Deus niſi Deus, & Muhammed Apoſtolus ejus*, 52.

20. אנקצא אלצלוה *Abſolutio precum*, 17.

21. אגתבאב *Abſtinentia ab omni* (puto legendum נום) ſomno inter ſacra nempe. 5.

22. צלוה אלנשא ואלצביאן *Preces mulierum & infantum*, 15.

23. צלוה

23. עלוה אלגמעה *Preces diei Veneris*, 65.
24. צלוה אלחוף *Preces timoris*, 6.
25. אלעירין *Preces duorum festorum*, 40.
26. אלותר *Singulares, privatim peractæ preces*, 15.
27. אלאשתשקא *Precatio pro potu*, peculiaribus concepta ritibus. Alias שקאר אללה *Pluvia te donet*, camposqve tuos riget; votum est, 35.
28. אלאשתהארה *Propitiationis impetrandæ formula*, 8.
29. קיאם אללילי *Solicitatio, incitatio ad nocturna statuta, vel stationes*, 41.
30. אלנואפל *Preces sponte susceptæ, & ἐπιυκτίδα*, nulla lege præscriptæ, 16.
31. אלצלוה פי משגד מכה *Preces in templo Meccano*, 9.
32. אלעמר *Intentio precum*, 26.
33. אלשהר *Error, παράραμα in precibus*, 14.
34. אלגנאיז *De funeribus*, 154.
35. אלזכאה *Debitum decimarum*, 113.
36. קרקה אלפטר *Eleemosyna Alphatri* פטר est διανηστσμὸς solutio jejunii; cum articulo עיד אלפטר ואל est festum Muhammedicum, succedens jejunio mensis Ramadani, alias עין אלצעיר *festum minus* dicitur; ut majus אלקרבאן עיר *festum oblationis*, qvo ovis, cui hinc nomen צחיה *sacrificii, hostiæ*, mactari solet, incidens in diem novum mensis Dilhiggia; 10.
37. אלחג *Peregrinatio Meccana*, 240.
38. אלעמרה *Visitatio sacra in festo Meccano*, 32.
39. אלאחצאר

39. אלאחצאר *Continentia*,40.
40. גוא אלצ׳יר *Tributum venationis*, 40.
41. אלצ׳וּם *Jejunium*, 66.
42. לילהּ אלקוּר *Nox potentiæ*, 10.
43. קיאם רמצ׳אן *Statio Mensis Ramadan*, 6.
44. אלאעתכאף *Continua & assidua in templo, religionis ergo, mora*, 20,
45. אלבּיוע *Emtio & venditio*, 191.
46. אלשּאם *Anticipata pretii solutio, ad asserendam mercem, certo tempore tradendam*, 19.
47. אלשּפעה *Emtionis domus vel agri nobis vicini voluntas* & desiderium, 3.
48. אלאגארהּ *Merces*, pretium conductionis, 24.
49. אלחואלהּ *Missio mandataria*, qva qvis alteri potestatem dat exigendi debiti vel amice, vel violenter. 30.
50. אלכפאלהּ *Vadimonium*, qvo qvis se prædem aut sponsorem pro alio offert, ad numerandam pecuniam creditori, 8.
51. אלוּבאלהּ *Munus tutoris, procuratoris*, qvi alterius res curat, 17.
52. אלמראערהּ *De vino & potu*, דראע proprie est *uter exiguus*, à parte armi excoriando detractus, in qvo vinum condi solet; a דרע, qvod, præter alia, notat, *ex ejusmodi ut re bibit*. Unde jam verbale, אלמראערהּ, 29.
53. אלקרץ ואלדּין *solutio æris alieni tum illius, cui pendendo certus præfixus est terminus* (דין vocatur) *qvam cui non est*, (קרץ dicitur) 29.

54. אלאשתראץ

54. אלאשחאץ *Migratio de regione in regionem*, 3.
55. אלעתק *Manumissio mancipii*, 41.
56. אלמכאתב *Servus, qvi Domino suo certam inscripsit summam, qva se redimere possit* 6.
57. אלהבה *De donis*, muneribus, 96.
58. אלשאהראת *De Testimoniis* 28.
59. אלצלח *Compositio amica*, pacificatio, 22.
60. אלשרוש *De conditionibus*, stipulationibus, 24.
61. אלוצאיא *De Testamentis*, 41.
62. אלגהאד ואלשיר *Bellum sacrum* susceptum & expeditio, 225.
63. בקיה אלגהאד *De præmio bellatoribus illis relicto*; vel de belli hujus divinitus concessi permissione, 42.
64. פוץ אלחמש Constitutio πενταδος i. e. qvinarum precum lege imperatarum, vel opum qvintæ partis lege impositæ, 63.
65. אלמואערה *De tributis* (alias גריה in specie tributum notat, qvod a Judæis & Christianis qvotannis penditur) *& permissis*, 63.
66. בדו אלחלק *Initium creationis*, 202
67. אלאנביא *Prophetæ, & loca præliorum*, 438.
68. חז אחר בער אלמעאזי *Alias pars de iis, qvæ commissa prælia sequuntur*, 138.
69. אלתפשיר *Explicatio*, 438.
70. פצאיל אל קראן *Excellentiora Alkorani* 81.
71. אלנכאח ואלטלאק *De Conjugio & divortio*, 244.
72. אלנפקאת *Expensæ in sustentationem uxoris*; alias

alias significantur Expensæ in res sacras, 22.

73. אלטהמה *De genealogiis*, nisi lectio fallat; 70.

74. אלעקיקה *Ovis mactata tanqvam Eleemosyna pro recens nata prole, aut cum prima vice infanti raditur caput*; 11.

75. אלציד ואלבאיח *Præda, venatio, & sacrificia*, 90.

76. אלאצאחי *Hostiæ*; oblationis die 10. Mensis Dilhogghia, ubi ovis mactari solet 30.

77. אלאשרבה *Potus*, 65.

78. אלחב *Medicina*, 99.

79. אללבאש *De vestibus*, 120.

80. אלברצו *De ægrotis*, 41.

81. אללבאש אוצא *Iterum de vestitu* 100.

82. אלאראב *Moralia*, 156.

83. אלאשתיראן *Φιλογνωσία, aut munus præconis ad preces, prout est vel* ab אַזַן *indixit* Muhammedanis *preces publicas*, seu precationis horam; ; vel אַרַב *cognovit, scivit*. 77.

84. דעואת *Orationes, invitationes*, puto *ad convivia*, 76.

85. רמן אלדעואת *De* (puto Leg. זמן) *tempore invitationum*, vel ומן אלדעואת & plura de invitationibus, 384.

86. אלחוץ *Piscina* (de qva multa garriunt Muhammedani. Vid. *Histor. Orient.* p. 225.) 161.

87. ואלנאר

87. אלגנהּ ואלנאר *Descriptio paradisi* & inferni, 57.

88. אלקדר *De Decreto, providentia, fato, 28.*

89. אלאימאן ואלנדוה *De juramentis & votis, 31.*

90. נפארהּ אלאימאן *De Perjuriis, 15.*

91. אלפראיץ *De sanctionibus necessariò observandis, 45.*

92. אלחדוד *poena definita a judicibus, 30.*

93. אלמחארבון *De oppugnantibus, 52.*

94. אלריאח *De Damnis, 14.*

95. אשתתאבהּ אלמרתדין *Revocatio ad pœnitentiam Apostatarum, 20.*

96. אלאכראה *De coactione, 13.*

97. תרך אלחיל *De vitandis malis artibus 23. &c.*

(O)

MAN-

Digitized by Google

MANTISSA II.

DE ODIO PERSARUM ET TURCARUM ADVERSUS CHRISTIANOS.

Ex Fr. Angeli à ſ. Joſeph Tholoſani Pharmacopæa Perſica. p. 2. ſ.

(1. Utrique averſantur Chriſtianos.)

Perſica itaq; ſuperſtitio Canone ſpeciali Giafari legislatoris ſuffulta res decem immundas declaravit: videlicet;

אשרה	בנאשאת
NEGIASSAT	ASCHEKEN.
Dece m	*Immunditiæ.*
שאש *Schaſch.*	Urina
פצלה *Fezeleb*,	Et ſtercus
מני *Meni*,	Et ſperma, *intellige hominis*, & animalis immundi.
חון *C-hun*,	Sangvis *fluidus, ut excludatur ſangvis pediculorum, pulicum, & ſimilium inſectorum.*
מרדאר *Mourdar*,	Morticinum.
שראב *Sc-harab*,	Vinum.
בוזה *Bouzeb*,	Sicera, *aqua vitæ & omnis potio inebrians.*

חון

חוך	*C-bouk*	Sus.
שך	*Sek*	Canis.
כאפר	*Kafer.*	Infidelis.

Qvæ qvidem omnia seorsim, non tam naturali, qvam legali labe, ut dicunt, omnem orationem, & cultum aut inhibent, aut funestant, donec statis lavationibus sese purgent; sed (*Kafer*) Christianum omnium præcedentium sordium epitomen ac receptaculum, ac proinde omnium immundorum immundisimum esse contendunt; qvia, ut allegant, morticina, & suem comedit; siceram, & vinum, & aqvam ardentem epotat; canem demulcet, cæteraqve attrectare fœda iisqve commaculari non reformidat. Verum qvidem est nomine (*Kafer*) (proprie sonat perfidum & ingratum) comprehendi omnes, qvi Muhammedismum Persicum non profitentur his verbis: *la ila elallah; ou Mohammed ressoul allah, ouali veli allah.* id est: *Non est Deus præter Deum: & Mohammed Apostolus Dei, & Ali sanctus Dei*; in qva proinde confictii anathematis massa versantur, non tantum gentiles, Judæi, & Christiani; verum etiam Turcæ, qvos (*Sunni*) vocant; qvi ultimam duntaxat præfatæ professionis appendiculam improbant circa (Ali) qvem non secundum, ut Persæ, sed tertium Mohammedis vicarium fuisse volunt:

Nihilominus avitâ maniâ qvadam nomen immundi, vulgo Negis, Christianis cum affectione

stiane inuitur: quibus tapetibus domachan-
tur, & impetratur largitio pluuiæ, & obtinetur
pluuioſo cœlo; commaculati fele, aut ſpiritu
fœtido homines, aut vitæ ſolito, cruciatibus
mirum fit, cur conuitiis non ſolum, ſed verbe-
ribus etiam (a quibus tamen ſanctitatis titulo ab-
ſtinere debent) non ſcerbius, frequentiusque in
illos inuehuntur: denique non minus abhorret a
nobis fine dubio Perſium fecta, quam nos ab-
ſtinent homines a corporibus haud cunctanter,
aut cunctatis, aut peſſe infectis:

(a. *Ideo ergo, Perſis ne an Turcis Chriſtianos
infeſtiores & ab eorum conuerſatione alienio-
res?*)

Idem ibid p. 6.

Arduum fore ſtatuere inter Perſicam ſuper-
ſtitionem, interque Turcicam vefaniam, & vi-
tandiores, quas durior, aut Chriſtianis inimi-
cior; ſuperſtitio quidem Perſica importuno nos
exponit lubrico: continuis imprecationibus, ne-
ceſſique contumeliis; ita ut ſi manus obſtaret
aut Mahumedani ferebe a percuſſionibus Chri-
ſtianorum obtactus immunis formidaret, qua-
pleant aliunde effrenatam ferocitatem exſpuiti-
tis ſcommatibus, imo aliquoties lapidum jacti-
bus.

Turcica vero vefania Chriſtianorum uſque-
mentia conſortium patitur, fed dum hominem
tam conſulit ratio propriis commodi, interim

Alio-

Alkorani lex cordis amicitiam vetat, odium Christianorum præcipit, damnum omne illis permittit inferri: ita ut fortunatus evaserit, qvi degens inter Ottomannos non solum non verba passus, verum etiam verbera silens utiqve, & immotus. Deus enim avertat, ne qvis in Turcam, aut vindictæ aut defensionis jure manus injecerit; incurreret siqvidem certo certius aut vitæ discrimen, aut fidei occidite Christianos (*qatelou ennosara*) ait impius liber: & qvemadmodum Tertulliano testante Gentiles *Christianum omnium scelerum reum, Deorum imperatorum, legum morum, naturæ totius inimicum existimabant.* Apol. c. 2. ita apud Turcas Christianorum persecutio *via* seu *cultus Dei*, qvin etiam summum Dei mandatum appellatur; *sed crudelitas* inqvit Tertull. *nostra gloria est & præmium fecit Religio, qvod perfidia putabat esse supplicium.* Ut eleganter respondit Ambrosius iis, qvi Christianos *proscribere & necare Deo, & hominibus gratum esse censebant.*

Porro freqventibus qvantumvis insultationibus obnoxii Missionarii, qvi etiam Mediterraneas urbes incolunt, Ecbatana puta in Media, Babylonem in Chaldæa, & Amidam in Mesopotamia; ubi nullæ protectionis umbra existit, non Consulis, non Oratoris; nec Mercatorum, nec navium, uti alibi in emporiis Turciæ; invenere tamen sapiens artificium, qvo sese in hujusmodi locis tueantur ab ingenti discrimine non alio videlicet adminiculo freti,: qvam thera-

pevtices ; qvo vel unico medio (teſtis oculatus loqvor.) Reverendi admodum Patres Capucini illic reſidentes non tantum mille *(Avani)* falſas criminationes eludunt, verum etiam tanto ſucceſſu cum Procerum, tùm populi benevolentiam captant; ut non raro Eleemoſynas, ad victum a Turcis ſponte mitti contingat ob gratitudinis argumentum.

INDEX

INDEX I. RERUM PRÆCIPUARUM.

Abrahami historia ex Alkorano 355. *de eodem ex igne servato fabula* 300. *f.*

Abubeker disposuit Alkoranum 275. *exosus Persis* 438.

Achla liber Masorethicus 172.

Ægyptiaca lingva an nullam cum Ebraismo habeat convenientiam 50.

Æsopus Mohammedi Propheta 294.

Alforkan Synonymum Alkorani 264.

Ali, eum ceu semi-Deum venerantur Persæ 437. 439. 440. *miracula eidem tribuunt* 441. *venerantur ejus posteros* 442.

Alishii sunt Persæ 390. 397.

Alkorani nomen 263. *Synonyma* 264. *definitio* 265. *autor Mohammed* 266. *dispositor Abubeker* 275. *divisio in partes majores VII. XXX. LX.* 278. *in Suratas CXIV.* 277. *Styli elegantia an miraculosa?* 286. 287. *Stylus rythmicus & ex parte metricus* 288. *est cento* ἄτακτος 276. *ex Paganismo, Judaismo & Christianismo consutus, Epist. dedic. & p.* 274. *continet historias Biblicas, nec non profanas* 290. 291. *Didactica* 294. *Elenctica s. Disputationes contra Koreischitas, Judæos & Christianos* 296. 298. *multa habet fabulosa* 300. *Absurda* 306. *Impia* 309. *frivola* 311. *Scatet antilogiis* 266. *fœdis parachronismis in summa veneratione est apud Persas & Turcas* 314. *s. diligenter ab utrisq; lectitatur* 316. 405. *expositio ejus diversa apud*

Perſas & Turcas 443. *verſiones variæ* 316. *antiqva Latina Retinenſis futilis* 316.
Amoraim qvi Judæis? 13.
Angeli Chaldaiſmi rudes ex opinione Judæorum 52. *eorum exiſtentiam an negarint Sadducæi?* 199.
Animalia monſtroſa Talmudica 23.
Apoſtoli convitiis impetuntur à Judæis 233.
Aqvila Ponticus qvis? 71. *Proſelytus, an Onkelos?* 72.
Arabica lingva uberrima 285. *poëſis qvalis?* 288.
Aramæa lingvæ dialecti 64.
Αιρεσία *Phariſaica* 187.
Avium loqvela, juxta Judæos & Mohammedanos 307.
Babir qvid libri 122.
Bairam feſtum ſolenne Mohammedicum 422.
Baithoſæi qvi? 195. *numïidem cum Eſſæis?* 204
Baraitha qvid Judæis? 12.
Ben Aſeris & Ben Naphtali diſſidia 139.
Biblivrum ἀυτόχεαΦον Esdræanum num alicubi extet 138.
Blaſphemiæ Talmudicæ 20.
Calumniæ Judaicæ in Chriſtum 21. 206. *Mariam & Apoſtolos* 233. *nominatim Matthæum & Judam* 236. *Jacobum ibid. in Chriſtianos* 244. *eorum ſacramenta* 246. *feſta, Evangelium ibid.*
Campanis non utuntur Mohammedani ad ſacra convocantes 431.
Chaldaicæ lingvæ dialecti diverſæ 64. *qvando ea ap. Judæos Ebraicæ ſucceſſerit* 49.
Chalifa ſ. Succeſſor Mohammedis legitimus, de eo digladiantur Perſæ & Turcæ 436.

Chasidæi qvi? 186.
Christiani à Judæis convitiis proscinduntur 244. 256. qvare ipsis Idumæi dicantur? 247. eosdem refutat Mohammed 298. imò prorsus damnat 299. Persæ ceu colluviem omnis immunditiæ execrantur 455.
Christus calumniis execrandis impetitur à Judæis 21. 206. 210. 211. 212. ceu sycophanta & seductor 217. idololatra 219. magus 216. 219. spurius 214. 217. in qvem migrârit anima Esavi 259. dicitur per Magiam ab inferis (ubi fœdè torqveatur) reductus 229. an parabolas & paræmias suas ex Talmude petierit 32. a Mohammede cum honore memoratur 233. 311. negatur verò esse Deus, Ep. dedic. & p. 299. 382. & crucifixus 313.
Circumcisio qvando & qva ratione usurpetur à Persis & Turcis 415.
Conciones Persarum & Turcarum qvales? 430.
Convocatio ad sacra apud Mohammedanos fit vivâ voce præconis 431.
Dæmones, de iis absurdi Talmudistæ 21. eos advocandi modus ex Talmude 19. s.
Decisio controversiarum Talmudicarum qvalis 28. 29.
Deus, de eo absurda commenta Mohammedica 306.
Divortia temeraria Mohammedanis usitata 425.
Doctores Judæorum Mischnici & Gemarici qvi? 13.
Ebraica lingva an Judæis in captivitate Babylonica fuerit vernacula 47. an vernacula tempore Christi 56.
Esdræ collegium sacrum 137. s.

Essæi eorum etymon incertum 202. non confundendi cum Nazaræis, Phariſæis, Karræis & Baithoſæis 203. num fuerint Chriſtiani? 205. eorum dogmata & vitæ inſtituta 206.
Evangelium calumnioſè traducitur à Judæis 246.
Fabulæ Talmudicæ 22. num ad literam ab autoribus capiantur? 23. Targumicæ, ex Targum imprimis Hieroſolymitano 103. Pſeudo-Jonathanis 88. Joſephi Luſci 99. qvinqve libellorum 105. ſ. Alkoranicæ 300. ſ. congruunt magna ex parte cum Talmudicis Epiſt. dedic. & p. 274. 300. ſ.
Feriantur Perſæ & Turcæ diem Veneris 413.
Feſta Chriſtianorum à Judæis ignominioſe habita 246. peculiaria Perſarum 444.
Feſtum Mohammedicum Bairam 422.
Galatinus ſubleſtæ fidei 85. 117. compilator Raimundi 215.
Gemara qvid? 5. 12. 14.
Geonim qvi Judæis? 13.
Goi, ita Chriſtiani vocantur à Judæis 244.
Hagareni unde dicantur Arabes? 395.
Hegjera ſ. fuga Mohammedis, indeqve orta epocha 281.
Hieronymi familiaritas cum Judæis 60.
Hieroſolymitanum Talmud, obſcuriſſimum 4. ejus compilator 11. Hieroſolym: Targum in legem, fragmentum incerti autoris 100.
Hoggiæ Turcarum ſacerdotes 411.
Hypocriſis Phariſæorum 190.

Jacobus Apoſt. in Talmude parum honorificè com. memoratus 236.
Jannes & Jambres, magorum nomina unde, à Paulo petita 57.
Idololatria Saracenica 401. ſ.
Idumæi cum Judæis in unum populum coaluere 261. cur iſto nomine ab his traducantur Chriſtiani? 247.
Jejunium Perſarum & Turcarum menſtruum 419. ſ.
Jeſu nomen depravatur & convitiis oneratur à Judæis 209. 210. 213.
Jezira, quid libri? 121.
Ignicolæ qui? 398.
R. Juda Sanctus concinnator Talmudis 9.
Jonathan Paraphraſtes Chaldæus qvis? & num vixerit ante tempora Salvatoris noſtri 79. ejus Targum antiqvisſimum 83. de eo fabulæ 81. num ſolos prophetas verterit, an verò legem qvoqve & Hagiographa 84. 85. ejus dotes & nævi 95. Jonathan ſuppoſititius in Legem 87.
Joſephus, Flavius, in Ebraiſmo hoſpes 58. non idem cum Joh. Gorionide 249.
Joſeph Luſcus, an autor Targum in Hagiogr. 96. fabuloſus 99.
Joſephi Patriarchæ hiſtoria ex Alkorano 341.
Ittur Sopherim qvid? 158.
Judæi an idololatræ? 257. eorum ſectæ veteres 183. libri antiqvi 37. odium ἄθεον in Chriſtianos, Epiſt. dedic. & p. 207. qvod tamen callidè diſſimulant 213. 214. Turcis multò qvàm Chriſtianis

ſtianis ſunt æqviores, Epiſt. Dedic. preces eorum contra Chriſtianos directæ 207. calumniæ immanes in Chriſtum, Chriſtianos & Chriſtianiſmum 206. ſeqq.

Judaicæ & Mohammedicæ religionis harmoniæ, Epiſt. dedic.

Julius Cæſar Judæis Idumæus 252.

Julius Conradus Otto, Sycophanta 32.

Juramenta temeraria Mohammedis 310.

Jurisprudentia Judæorum Talmudica 17.

Kalenderan, Perſarum Monachi 412.

Karræi, Scripturarii 195. 196.

Kebri ignicolæ 398. an hodieqve ſuperſtites? 399.

Keri & Ketibh, variantes Lectiones Ebræi textus, unde & qvando ortæ 162. 164. num Keri ſ. lectio marginalis ſemper præferenda? 180.

Korban qvid? 187.

Koreiſchitarum idololatriæ 296. 401. dogmata erronea 297.

Lectiones Sabbaticæ Judæorum, ex textu olim & Targum peractæ 53. variantes Scripturæ v. Keri.

Lex Judæis duplex, Scripta & oralis, Epiſt. dedic. & p. 8. 9. 189. itidemq; Turcis, Epiſt. dedic. & p. 435.

Libri antiqvi Judæorum recenſiti 121.

Lingva Tertia apud Targumiſtas qvid? 120.

Literarum Scripturæ numerus 165. ſ. cur qvædam extraordinariè affectæ, majusculæ, minuſclæ ſuſpenſæ inverſæ, transformatæ, punctatæ 168. ſ.

Literæ myſticæ Alkoranicæ 282.

Lok-

Lehmannus Alforacius num Alfipus? 204. 269. 272.
Lectiones variæ deceptæ ad Persas ab vs. Turcas 247. 248.
Magnanimi dicti? 402.
Magica quadam ex Talmude 24. 26.
Magog unde? 304.
Mahadi, Ch. convivia profunditur à Judæis 221.
Mahar nomen 107. *definitus* 128. *ortus ex divinatiis*, *auctoris*, *unde non Synagoga ex uno Mahagibri Hyperinsigne* 129. *collectores & editores* 140. *forma & definitio* 172. 176. *diuisio in membrum*, *membrorum & partium* 177. 178. *accuratior circa scriptura* 344. *vnus* 180. *elementa* 183. *auxiliæ apes & usus* 187. 189. *judicia auctorum de eo in diuersis* 191.
Mahum Arabum Alcoranus 119.
Maimonides Ebraorum, *diversis artis & auctoritatis* 193.
Majestas quid? 7.
Major Scriptura & Masora 134.
Manes hilarium quid? 88.
Mechilta, *quid liber* 144.
Medulla Talmudica 1.
Medicastri Judæorum 19.
Melanchton 120.
Messiæ, *Persarum & Turcarum Synagoga* 416. 421.
Metempsychosis Platonica-*Pharisaica*-*Cabbalistica* 188. 206.
Michaa quid? *Michaus quis?* 5. 29.
Mohammed, *ejus vita & mors* 268. *corruptus ab Ebraica* 267. 281. *an monacha paruerit?* 289. *Gabriele*
Ff 5 *ille*

lis colloqvia jactitavit 271. *laboravit epilepsiâ* 272. *De ejus columbâ & tauro relationes fictæ* 272. 273. *usus est præceptoribus Judæis & Christianis, Ep. dedic. &* p. 273. *fuit petulcus taurus* 309. 424. 425. *perjurus* 310. *turpissimus impostor* 300. *s. fœdos commisit parachronismos* 308. *in magna veneratione Persis simul & Turcis est* 404. *de successore ejus legitimo digladiantur Persæ & Turcæ* 436.

Mohammedanorum sectæ qvot? 390. 433. *s.*

Mohammedicæ & Judaicæ mataeologiæ harmonia, Ep. dedic.

Mollæ, Persarum Sacerdotes 411.

Monachi Persarum & Turcarum 411.

Moschelim apud Talmudicos qvi? 203.

Mufti Turcarum Papa 409.

Musulmanni, unde Mohammedani appellari velint 396.

Nugæ Talmudicæ 27. *s. v. Fabulæ.*

Oniromantia Talmudica 25.

Onkelos Paraphrastes Chaldæus qvis 71. *an Tibi Sororius?* 73. *fuit Christo σύγχρονος* 75. *versio ipsius an omnium prima?* 76. *qvos libros transtulerit* 76. *ejus dotes & nævi* 77. 78.

Otomannica porta unde dicta? 437.

Pandira qvis? 216.

Papa Persarum & Turcarum 408.

Parabolas suas an Christus ex Talmude sit mutuatius? 32.

Paracletus à Christo promissus an sit Mohammed? 384. 406.

Parascharum origo 143.

Pascha

Paſcha Perſarum & Turcarum 422.
Pater noſter ſ. globuli precatorii Perſarum & Turcarum 419.
Patres an notitiam τῶν Targumim habuerint? 59.
Peregrinationes religioſæ Perſarum & Turcarum 428.
Perſarum nomen 392. *origo* 391. 393. *veterum idololatria, pyrolatria* 397. *modernorum cum Turcis in religione conſenſus* 403. *diſſenſus* 431. *ſ. hujus qvatuor capita præcipua* 435. *odium in Turcas* 432. *in Chriſtianos* 454. *transferunt Alkoranum in ſuum idioma* 318. 443.
Perſica lingva hodierna ab antiqva non parum diſſidet 397.
Peſikta qvid libri? 124.
Phariſæorum etymon 184. *origo* 186. *dogmata* 187. *hypocriſis* 190. *ludicris nominibus à Judæis ipſis impetita* 191. 192.
Pirke Elieſer 123.
Piska qvid? 157.
Polygamia ſimultanea Perſis & Turcis frequentata, ejusq; incommoda 424.
Precandi diverſus ritus ap. Perſas & Turcas, Ep. dedic. & p. 417. 444. *precatio palmaria utriusq; ſolennis* 316. 340.
Providentia negata à Sadducæis 200.
Punctorum antiqvitas aſſerta 133. 135. *ſ.*
Rabbinicæ jactantiæ ſpecimen 81.
Rabbinorum recentiorum ruditas ex ipſorum confeſſione 11.
Rabbos qvid libri 122.

Romanum Imperium cur Judæis dicatur Idumæum? 247. 254.
Sabbatarii qvi? 183.
Sacerdotes Persarum & Turcarum 410.
Sadok v. Zadok.
Sadducæorum nomen & origo 193. *dogmata* 198. *confutata* 199. *non solam Legem sed & cæteros libros V.T. receperunt* 201. *dicti aliàs Epicuræi* 195.
Sacramenta Christianorum calumniis impetuntur à Judæis 246.
Sacrificia Mohammedanorum, at non ignita, Ep. dedic. & p. 423.
Samaritani qvi? 195.
Sancti Persarum & Turcarum 426.
Sangvine abstinent Mohammedani omnes 422.
Sapientes Judæorum qvi? 185.
Saraceni, unde Arabes ita dicti 394.
Scanderbeg unde ita appellatus 441.
Schembamphoras 220.
Schich Sofi Sanctus Persarum 427.
Scriptura S. an à Judæis corrupta 159. *eam pro verbo DEI agnoscunt, imò pro sua religione allegare non dubitant Persæ & Turcæ* 406.
Sectæ Judæorum qvot? 183.
Sedder Persarum Papa 408.
Seder Olam 124.
Sepes legis Masora 126. 128.
Septem dormitorum fabula Alkoranica perridiculæ 291. 428.
Sepulcra Sanctorum visitant Mohammedani 426. *inprimis Mohammedis Pseudoprophetæ sui* 429.

Siphra

Sydera, Sydus, libri antiqui 144.
Sohar quid libri sint 144.
Sommiorum interpretatio Talmudica 25.
Sol, Persarum Sanctitas, ab Indis 428.
Sollemnitatum Mahumedicarum annus, & dies. 6 p. 449.
Sortes, seu variæ Tartarorum, Ep. 60. & 61. p. 318. 425. 426. reprobatæ à Persis ibid. captivum qua ratione ex Buchano 427.
Spiritus Tartaræ 428.
Stirpis seu capitis Mahumedani unus ordo habetur 277. duplex tantum in versu 282. dividuntur in Mesnevi & Mesnevis ejusdem capitis demonstrationes sunt petitæ ex variorum commento 282. omnium elucidatio una fere perfectissima 299. 5. Sententia decimæ Alcoranæ ad Arabicantium translata, integre reproducta 446. 7.
Syra eadem quæ Persica 428.
Syriacæ Bibliotheca sunt 78.
Syriacum Novum Testamentum 80.
Talmudis regnum, & positus ibid. autores 3. duplex ejus Babylonicum & Hierosolymitanum 4. Babylonici divisio in sex partes harumque in tractatus 5. materiarum ejus ut, circa quam 16. forma, stylus, stylus 9. continet fabulas, & allegorias 10. magna ejus obscurita 11. Sapientissima & magna 23. Proemia 27. cur sint ita. autores ejus Rabbini, quorum ex Textus Scripturæ explanatione 30. quo sensu ratione nostri 31. cum prorsus abhorrentium 32. ejus calumnias 33. utrum in integrum restitui 34.
Tabernacula quid libri 142.
Tar-

Tannaim qui Judæis 13.
Targumim s. Paraphrasæ cu *Chaldaicarum nomen* 38. *definitio* 41. *origo & antiqvitas* 43. *num ad Prophetas referenda* 43. *num durante captivitate Babylonica scriptum ullum Targum* 46. *scribendi occasio* 53. *in qvos scripturæ libros exstent Targumim* 62. *eorum forma & stylus* 63. *divisio* 96. *autoritas apud Judæos* 107. *num textui æqviparantur* 108. *deseruntur qvandoqve à Rabbinis* 109. *usus eorum ap. Christianos* 112. *an à Christo citata* 55. *eorum editiones* 67. *distinctio* 69. 70.
Targumistæ an aliqva ex LXX. virali versione sunt mutuati? 52.
Templa Persarum & Turcarum majora & minora 416. 430. *veneratio Meccani, Medinensis & Hierosolymitani* 428. *Meccani velamen* 429.
Tena debe Eliabu, liber 123.
Theologiæ Alkoranicæ præcipua capita 294. *cum Judaicâ harmonia*, Ep. ded.
Tiberienses magistri qvi? 136.
Tikkun Sopherim 158.
Titus Vesp. Judeis Idumæus 253.
Toldos Jeschu liber maledicus 217.
Tosephot Talmudicæ 6.
Traditiones Judaicæ, Ep. ded. p. 189.
Trihæresium Judæorum 182.
Trinitas negatur à Mohammede, Ep. dedic. & p. 299.
Turcarum etymon 393. *origo ibid. veterum idololatria* 401. *odium in Christianos* 456. *in Persas* 431. *hujusce causa* 433.

Turcica anile effictum 422.
Variis locutus sit, & diuersis vestatus 162.
Verum sit Mohammedanis spiritum 413.
Verbum Domini apud Targumistas non diuinum. 9.
Verbum Dei 108.
Verbum Scripturæ numerus 144.
Vina abstinere sit ijs Mohammedani 421. *quinam leges ijs obstringant* 180.
Vita Synagogæ magna 402. 177. 178.
Vocem quæ in diuino mysterio colligat Mohammed 177.
Zedek & Rachab fœtorum Judaicarum conditores 116. 117.
Zerubbeel inde dictus? 358.

INDEX II.
LOCORUM QVORUNDAM S&E obiter illustratorum.

Gen. III. 15. 114
c. IV. 8. 114. 157
c. XV. 2. 171
c. XVIII. 22. 179
c. XIX. 11. 170
c. XLI. 45. 202
Deut. XXVIII. 36. 163
c. XXXII. 2. 406. 411
1. Sam. VI. 17. 202
2. Reg. X. 27. 163
1. Paralip. XXIII. 5. 42
Ps. IV. 3. 114
Ps. XXII. 17. 160. 72.

Pſ. XLVIII. ult.	114
Pſ. CXXXIII. 7.	395
Eſai. VI. 3.	117
c. IX. 7.	170
Sir. XXVIII. 15.	121.
Matth. II. 1.	400
c. VI. 2, 5.	191
c. 9. 10.	191
c. XII. 2.	191
c. XV. 6, 7.	188
c. XX. 1. ſ.	33
c. XXII. 23.	199
c. XXVII. 46.	55
Marc. VII. 11. ſ.	188
v. 13.	189
Luc. VI. 7.	191
Joh. I. 1.	117
c. XVI. 7.	384. 406
Act. V. 28.	212
c. XV. 21.	143
c. XXIII. 8.	199
c. XXVI. 5.	192
Phil. III. 8.	164.
2. Tim. III. 8.	57

Errata officinarum lector benevolus & eruditus pro ſua ἀγχινοίᾳ facilè emendavit: nunc unum fortè fortuna occurrit p. 16. l. 24. שצתי *pro* שפתי.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-1

Digitized by Google